

**B**

858,145

M



M



M



M



M



M



M



M

M





M



M

I



M



M



M

N



M



M



M

M



M



BUCOLICORUM GRAECORUM  
THEOCRITI BIONIS MOSCHI  
RELIQUIAE.

---

TOMUS PRIMUS.



Theocritus  
[Idyllis]

H. Pattenyell  
Oct. 1855  
UNIVERSITY OF MICHIGAN

Bot. of O. W. Demm.

BUCOLICORUM GRAECORUM

1415

# THEOCRITI BIONIS MOSCHI

## RELIQUIAE

ACCEDENTIBUS

INCERTORUM IDYLLIIS.

EDIDIT

**HENRICUS LUDOLFUS AHRENS.**

---

**TOMUS PRIMUS.**

TEXTUM CUM APPARATU CRITICO CONTINENS.



LIPSIAE,

SUMPTIBUS ET TYPIS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLV.

1855

888

T3

A 29

1855

v. 1-2

## PRAEFATIO.

---

### § 1. De copiis Sanctamandianis.

Quum ante sec. XVIII, si qui Bucolicorum codicibus manuscriptis usi sunt, tacite fere usi essent neque ulla constantia, eo seculo incunte *Jacobus Sanctamandus* (Jaques de Sct. Amand), iuvenis Britannus vix vigesimum annum egressus, laudabile consilium cepit codicibus Theocriteis diligenter collatis crisi certius fundamentum parandi. Qui in Italiam profectus, postea in Galliam, per annos 1706—1710 largas et utilissimas copias variarum lectionum, scholiorum, glossarum congressit. Quas quum, edendi Theocriti consilio postea abiecto, moriens circiter a. 1750 bibliothecae Bodleianae reliquisset, primus eis Wartonus usus est in editione a. 1770 emissa, simul in Praefatione de Sanctamando eiusque supellectile Theocritea amplius disserens, deinde Gaisfordius a. 1816, tertius Wordsworthius a. 1844. Praeterea copias Sanctamandianas descripsit Coxius in *Catalogo Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Bodleianae. Oxonii 1853.* pag. 898 seqq., minus quidem quam vellem accurate. Comparatis vero, quae quatuor illi viri Britanni tradiderunt, inter reliquias Sanctamandi codicum bucolicorum collationes (de scholiis et glossis suo loco dicemus) hae extare intelliguntur:

1) Laurentianorum *p. r. t.*\*), quos ipse Sanctamandus excusserat, idque secundum Stephani editionem maiorem, ut apparet ex eius adnotatione ad Id. v, 99. ap. Wart. p. 371. Codex Paliani, cuius collatio auctore Coxio in Vol. Sctamand. 21. extat, is esse videtur, quem *r.* diximus,

---

\*) Hic et per sequentia nostris codicum siglis usi sumus, nec minus singula idyllia secundum huius editionis ordinem designavimus.



quanquam Paliani nomen in reliquis eius codicis descriptionibus non commemoratur. Sed eodem volumine continentur collationes codicum *p.* et *t.*, codicis vero *r.* apud Coxium alia nulla mentio.

2) Benedictinorum *v. m.*, quos in Sanctamandi usum Antonius Marianus Salvinius Florentinus cum Aldina (sed Theocr. XVII. et Inc. IX.\* cum Calliergiana) et, quatenus codex *v.* suppetebat, inter se contulit.

3) Sylloge quarundam lectionum e quinque illis libris Sanctamando de singulis locis quaerenti a Salvinio excerptarum. A Coxio haec sylloge non commemoratur; fortasse est inter Salvinii excerpta in Theocritum Vol. 17. nr. 5.

4) Vaticanorum 1—13. collationes, quas Wordsworthio teste Sanctamandus a. 1709 editionis Oxoniensis a. 1699 exemplari propria manu adscripsit. Quod exemplar quum idem referat in tres tomos charta pura interfoliatis distributum esse, minime diversum esse videtur eiusdem editionis exemplar inter Sanctamandiana Vol. 57—59., a Coxio his verbis descriptum „notis MSS. S. Amandi perpetuis instructa et hodie in tomos tres distincta,“ quanquam Variarum Lectionum adscriptarum nulla mentio fit. Codices vero Vaticani apud Coxium inter Sanctamandiana duobus aliis locis nominantur:

Vol. 20. nr. 5. Syllabus codicum MSS. Vaticanorum cum collectionibus (sic) ex eisdem collectis. fol. 109—236.

Vol. 21. Collationes, Lectiones etc. ex codicibus variis; scil.

1) E codd. Vaticanis. fol. 1—233.

Quum vero ex Wartoni Catalogo copiarum Sanctamandianarum appareat, Vaticani apparatus tres partes esse, Varias Lectiones, Scholia, Glossas, vix dubito quin Vol. 20. nr. 5. Scholia contineat (*collectionibus* ap. Cox. errore calami pro *scholiis* scriptum videtur), praesertim quum in eodem volumine antecedant Scholia e cod. Laur. descripta, Vol. 21. nr. 1. Glossas, quod volumen etiam Glossas Laurentianas comprehendit. Quanquam minime credibile est, Glossas solas spatium 233 foliorum explere; quare suspicor collationes Vaticanas a Sanctamando bis scriptas esse, et

in exemplar. Oxoniensi et cum Glossis in Vol. 21. nr. 1. Confirmatur ea suspicio inde, quod, quum editio Oxoniensis a. 1699 solum Theocritum teneat, Gaisfordius collatione Sanctamandiana codicis Vaticani 11. ad Inc. vi. (olim Bion. xv.) usus est, unde apparet extra exemplar Oxoniense alias collationes Vaticanas inter Sanctamandiana extare.

5) Codicis 14. Ottoboniani collatio a Sanctamando facta, quem eadem editione Oxon. 1699 usum esse apparet vel e lectione *καὶ καὶνὰς* ad Theocr. x, 35. allata, quum vocula *καὶ* in sola illa editione sphalmate omissa sit.

6) Collationes Parisinorum *M. P. Q. Y. Z.* Tacet de his Wartonus; sed Gaisfordius in Praef. (et inde Wordsworthius) codicum *M. Q. Z.* collationes commemorat, praeterea in Adnotatione aliquoties codicum *P. Y.* collationes Sanctamandianas ascivit, nec minus Wordsworthius codicis *P.* Secundum Coxii catalogum Vol. 20. comprehendit

1) Lectiones varias ex Colb. 6443. (*Q.*)

2) Glossas et Scholia ex Reg. Par. *R. 3.*

3) Lectiones varias ex Coisl. 351. (*Z.*)

Codex medio loco nominatus haud dubie est *M.* = Reg. nr. 2832 (olim nr. 3378); nulla enim alia Scholia Parisina inter copias Sanctamandianas extare cognoscuntur; adde quod Gaisfordius eorundem trium librorum collationes eodem ordine enumeravit. Siglum *R. 3.*, quod apud Coxium positum est, utrum sphalma sit an pristinae cuiusdam signationis nescio. Codicum *P.* et *Y.* collationes inter *Collationes alias* esse videntur, quas idem volumen teste Coxio extremas habet; eadem parte nun forte etiam plures collationes contineantur, latet. — Ceterum codices Parisini, ni fallor, a Sanctamando secundum editionem Heinsianam collati sunt.

7) Praeter collationes commemoratas nulla ad bucolicos pertinens inter copias Sanctamandianas extare cognoscitur praeterquam Syringis (Vol. 21. nr. 6.) nescio quibus ex codicibus et Anthologia Const. Cephalae ex Apographo Blanchardi (quod ex cod. Palat. manavit) transcripta.

Nonnullos ex illis codicibus Sanctamandus non totos excussisse videtur. Quo pertinet, quod Wartonus sive suis sive Sanctamandi verbis testatur, idyllia Theocr. xx. Inc.

IX. (olim Theocr. XXII. XXV.) Vaticanorum in solo non extare, quum eadem in Vat. II. legi constet. Deinde Gaisfordius et Wordsworthius testantur, codicem Z. a Sanctamando ad Inc. II. III. v. collatum esse. Nec mirum si codices tam recentes et mendosos integros conferre taesum sit. Dubitari autem potest, num Sanctamandus Bionea et Moschea neglexerit. Tacent de his Wartonus et Wordsworthius, quorum opera ad solum Theocritum pertinuit. Apud illum quae in collationibus codicum *p.* et *w.* loco ipsarum lectionum leguntur „sequitur Epitaphium Bionis“ et „sequitur Moschi Megara“, incertum utrum ab ipsis Sanctamando et Salvinio scripta sint an, omissis quae non ad Theocritum pertinerent, a Wartono. Hoc tamen verisimilius; nam in Glossis Laurentianis a Salvinio exscriptis Wartonum resecurisse, quae Bionem et Moschum spectarent, ex huius adnotatione apparet I. p. 223. Deinde Gaisfordius ad Inc. VI. (olim Bion. XV.) Sanctamandianis collationibus codicum II. M. usus est, ad Inc. I. (olim Mosch. III.) aliquoties advocat codicem Coisl. (F.), quem potius 7. appellasset, si eas lectiones Dorvillio deberet; neque omnino eum ad hoc carmen Dorvillii collationibus usum esse in §. 2. docebimus. Quae quum ita sint, persuademus nobis Sanctamandum Bionis et Moscheis non minus curae tribuisse quam Theocriteis, quanquam de illis ne apud Coxium quidem quidquam comparet.

Iam Wartonus ex his copiis ne verbo quidem mentionem fecit collationum Parisinarum, itineris Parisini unicum fructum commemorans Anthologiae Const. Cephalae apographum Praef. p. IV. Consulto omisit collationes codicum *r. t.* Protulit separatas, ut extabant in reliquiis Sanctamandianis: 1) collationem codicis *p.*, 2) collationem codicum *v. w.* Salvinianam, 3) Syllogen eiusdem, 4) collationem codicis *14.* Vaticanorum tredecim lectiones, ab ipso Sanctamando in unum conspectum redactas, perversissimo consilio edidit omissis librorum siglis, quas illum religiose apposuisse apparet, de singulorum lectionibus rarissime in Notis testatus. Cuius partis nullus fere fructus est praeterquam in iis idylliis, ubi unius solius codicis Vaticani

lectiones traditae sunt, ut codicis 9. in Theocr. XX. Inc. IX., codicis 6. in Theocr. XXII. XXIII., codicis 11. in Inc. II—V. et carmine εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν.

Comparatis autem, quae Gaisfordius ex iisdem Sanctamandi schedis protulit, apparet Wartonum ne eas quidem partes integras exhibuisse, ubi videri potest. Praeterea omnia scatent tot foedis sphalmatis aliisque insignis socordiae documentis, quae merito castigavit A. Iacobsius in Praef. p. LXXXIX seqq., ut his Wartonianis utenti multa cautione opus sit, maxime in iis, quae in Notis prolata sunt, ubi hominis tanta fuit oscitantia, ut (uno exemplo defungar) Vaticanum undecimum vulgo secundum appellaverit.

*Gaisfordius* in Praefatione et in codicum recensu profiteretur se codicis Romani 14. et trium Parisinorum *M. Q. Z.* (huius ad Inc. II. III. V.) collationibus Sanctamandianis usum esse; codicis tamen *M.* ad Theocr. I—XIV. Bion. I. Inc. I. VIII. nullas lectiones attulit, quanquam minime credibile est ea carmina a Sanctamando non collata esse. Reliqua Sanctamandi excerpta in Praef. pollicitus est se sedulo cum Dorvillianis collaturum; sed promisso non stetit. Contra in ipsa adnotatione aliquoties lectiones Vaticanorum secundum Sanctamandum attulit; quo pertinent etiam eae lectiones, quae Sanctamandi nomine omisso huius siglis instructae sunt, ut Vat. 4.; item Parisinorum *P.* et *V.*, quorum lectiones ex eo fonte manarunt, ubi non siglis Dorvillianis 1. et 7. utuntur, sed e Par. 335. et Coisl. 169. vel simpliciter Coisl. repetuntur. Ad quaedam idyllia Vaticanorum singulorum lectionem Sanctamando debitam plenioram dedit plerumque siglo *Vat.* usus. Ita ad Inc. II—VI. codicis 11., quo Dorvillius non usus est; ad Inc. VI. accuratius Vat. 11. appellatur eiusque collatio vs. 5. 31. ad Sanctamandum refertur; item ad Inc. II, 39. et III, 4. scriptum est *Vat. 11. ap. Sanct.* Deinde ad Theocr. XXII. XXIII. codicis 6., qui ad XXII, 1. plenius Vat. 6. dicitur; postremo codicis 9. ad Theocr. XX. Inc. IX. Dorvillianae collationes in iisdem idylliis sua sigla *h.* et *m.* prae se ferunt; aliquoties ex his et Vat. diversae lectiones afferuntur, ut XXII, 2. et Inc.

IX, 213. 250., ut nulla dubitatio haerere possit, quin *Vat.* ad Sanctamandum pertineat. Nam tertia aliqua Vaticanorum collatione Gaisfordius non usus est. Ceterum Gaisfordianae collationum Sanctamandi repetitiones aliquanto maiore fide dignae Wartonianis, quanquam et ipsae non integrae, id quod praeter alia apparet in codicis *14.* collatione, quae apud utrumque ex altero suppleri potest. Inde a Theocr. XVIII. Gaisfordius Sanctamandiana pleniora reddidit, nisi quod Vaticanorum lectiones a Valckenario secundum Wartonum commemoratas omittere solet.

Wordsworthius copiis Sanctamandi ita usus est, ut e Vaticanis et Parisino *P.* paucissimas lectiones protulerit.

Ipsum Sanctamandum apparet in conferendi opere religiosissimum fuisse, quem non modo Dorvillius et Gailius, sed ne Zieglerus quidem accurata diligentia aequaverint. Quo factum est inter alia, ut codicis *p.*, quanquam postea a Dorvillio et Zieglero collati, haud paucae lectiones notatu dignae illius solius opera cognitae sint. Ceterum in huius libri collatione conspicitur iuvenis codicibus legendis nondum satis exercitus (Florentiam enim primum adierat) ideoque in abbreviationibus et aliis legenti difficilioribus vel in rebus notatu parum dignis saepe haerens. Romanae et Parisinae collationes non dubito quin cum eadem diligentia maiorem peritiam coniunxerint. Multo minus fidei Salvino tribuo, quanquam e magno vitiorum numero, quibus nunc eius collationes laborant, quae ad ipsum pertineant quaeve ad Wartonum, difficile est ad demonstrandum.

## §. 2. De copiis Dorvillianis.

Duobus decenniis post Sanctamandum *Iacobus Philippus Dorvillius* (d'Orville), et ipse natione Britannus, nomine Francogallus, sed vitae et studiorum consuetudine Batavus, idem quod ille consilium cepit idque per plus viginti annos persecutus est, vir et doctrina et opibus ad eam rem instructissimus. Congessit autem ex Italia, Gallia, aliunde collationes codicum etiam plures quam Sanctamandus, partim ab ipso partim ab aliis confectas. Ne huic quidem con-

tigit, ut thesauro suo satis frueretur. Unde quum pauca prompsisset in Vanno Critica, in Observationibus Miscellaneis, ad Charitonem, morte abreptus est, priusquam ad ipsam editionem adornandam perveniret. Cuius apparatus, etiam in alias partes largissimi (maxime in Anthologiae edendae usum), quum diu apud heredes latuissent, anno 1809 legati iure eidem bibliothecae Bodleianae cesserunt. Ibi ea parte, quae ad Bucolicos pertinet, Gaisfordius usus est ad editionem suam Bucolicorum, quae a. 1816 prodiit, varia lectione instruendam. Postea eandem Wordsworthius perlustravit. Accuratius tamen quam ab horum utroque copiae Dorvillianae recensentur in libro paucis, ut videtur, cognito „*Codices manuscripti et impressi cum notis manuscriptorum olim D'Orvillianis. Oxonii 1806.*“ Ibi p. 67 seqq. hae codicum collationes enumerantur:

1) Mediolanensium *a. b. c. d. e. g. h. k.* (Dorvillius ma-iusculus usus est), deinde Moschei *f. (F.)* et Anthologici *AMed. (I.)*

2) Parmensis *Θ. (L.)*

3) codicis *Dorv. (M.)*, quem ipse possidebat.

4) Veneti Moschei *n. (N.)*

5) Anthologiae Palatinae *AP. (O.)*

6) Florentinorum *p. r. q. s. t. v. w. x. z. (P. etc.)* et Anthologici *AFl. (Y.)*

7) Neapolitani *Γ.*

Omnes hi codices cum ed. Heins. collati sunt, cuius alteri exemplari collationes *A—O.* adscriptae, alteri *P—Z.* et *Γ.*

8) Taurinensis *Δ.*, a Gaisfordio 8. appellati, quod siglum in Codd. Dorv. non reperitur; etiam hic cum ed. Heins. collatus.

9) Vaticanorum *1. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 15. 16. 17.*, e quibus *1. 9. 12. 16. 17.* cum ed. Heins. collati dicuntur; reliqui quam ad editionem excussi sint, etiam Wordsworthio teste, non indicatum. Attamen non dubito, quin eadem ed. Heins. ad manus fuerit. Ceterum Vaticani auctore Wordsworthio non ab ipso Dorvillio collati, sed in eius usum. In Codd. Dorv. non siglis *a—m.* designantur, quibus Gaisfordius usus est, sed bibliothecae numeris.

10) Parisinorum *B. D. I. L. P. F.* collationes cum ed. Oxon. 1699, quae solum Theocritum tenet.

11) Epitaphium Bionis in Parisinis *I. L. P.*, deinde in nr. 3334. (ant. num.), quem codicem *G.* esse suspicor, et in codice non nominato, *F.* puto, cum ed. Basil. 1541 collatum.

Parisini quoque codices in Codd. Dorv. siglis Gaisfordianis 1—7. non utuntur.

12) Mediolanensis nr. 24. cum ed. Heins. collatus.

13) Epigrammata duo e Mediol. 123.

14) In Theocr. xxiii, 26—fin. communicata a Camusato e codice Ismaelis Bouillaud Parisiensis.

15) Collationes Barocciani nr. 109. et Landiani in bibl. Bodl.

16) Vossiani in bibl. Leid. cum ed. Oxon. 1676.

17) Theocr. V. e cod. Hamburgensi.

18) Theocr. xviii. e Mediol. 32. (cuius praeterea integra collatio exstat) et Lips., quanquam de codice Lipsiensi illud idyllium tenente nihil constat.

19) Stobaei cod. Vindob. cum ed. Heins. collatus.

Ex his copiis Gaisfordius ut ab ipso usurpatas commemoravit eas collationes, quas sub 1—10. enumeravimus. Tacite usus est Stobaei Vindobonensis collatione, nec minus ad Mosch. II. codicis Fabriciani Anthologici, cuius collatio in Codd. Dorv. p. 69. inter Apparatum Anthologicum commemoratur. Reliquas collationes 11—18. prorsus neglexit, quarum in numero quum etiam Epitaphii Bionis collationes Parisinae sint, iam intelligitur, cur Gaisfordius ad id carmen varias lectiones e solis codicibus Italis attulerit, nullas e Parisinis praeter paucas quasdam e Coisl. Sanctamando, ut videtur, debitas.

Eas vero collationes Dorvillii, quibus Gaisfordius usus est, non integras exscripsit, id quod apertissimum in Theocr. I. et XII., quanquam vel in reliquis vix credibile est, collationes Vaticanorum potissimum codicum et Parisinorum tanta levitate institutas fuisse, quantam apud Gaisfordium prae se ferunt. Accedit quod siglorum quorundam haud rara confusio, ut *c.* et *e.*, *F.* et *W.*, atque alia negligentiae documenta potius ad Gaisfordium referenda esse viden-

tur quam ad Dorvillium. Nihilominus huius collationes ipsae aliquanto minore laude dignae fuisse videntur quam Sanctamandianae; aegre enim sola editoris culpa ad tantam penuriam redigi poterant.

Ceterum descriptiones codicum apud Gaisfordium Dorvillio debentur, cuius verba ille ita exscripsit, ut v. g. codicem Taurinensem trecentorum annorum dixerit non indicato ita Dorvillium loqui seculo fere antiquiorem.

### §. 3. De Gailii collationibus.

Tertius multorum codicum lectiones vulgavit *J. B. Gailius* in editione Theocriti a. 1828 emissa, quae ita delituit, ut in Germania nullius in manus pervenisse videatur praeterquam Ameisii et nuper meas. Contulit autem Gailius quaecunque in codicibus Parisinis Theocritea leguntur (ea dico, quae vulgo in editionibus Theocrito adscripta sunt), et contulit aliquanto melius quam pro fama viri, scilicet iuniorum quorundam, ut Duebnerus mihi scripsit, opera usus, multo tamen minus accurate prima idyllia quam reliqua et potissimum ultima. Optimis Duebneri collationibus comparatis intelligitur, eum rarius falsa referendo peccasse quam omitendo. Dorvillianis Parisinorum collationibus, quales quidem apud Gaisfordium prostant, Gailianae multum praefereandae.

Variam lectionem Parisinorum a Gaisfordio e Dorvillii et Sanctamandi copiis traditam Gailius fere integram exscripsit, suis siglis usus, nisi quod Colbertini nr. 2721. collationem Dorvillianam siglo *Colb.*, suam siglo *B.* instruxit. His alienis copiis subtractis Gailius codices cum editione Valckenariana contulisse deprehenditur, quacum discrepantes lectiones rarissime attulit. Quare si quando de aliqua lectione e Gailii silentio coniecturam facere audeamus, potius ea in codice exstare videbitur, quam Valckenarius receperat, quam quae ab ipso Gailio edita aut vulgata ab eo appellata est.

Codicum sigla sua Gailius in Atlante interpretatus est, qui editioni additus cum aliis ad crisin non pertinentibus



codicum specimina continet. Inde fluxit index codicum Parisinorum in Duchneri praefatione ad Scholia.

#### §. 4. De Ziegleri collationibus.

Quartus *Christophorus Zieglerus* in Theocriti editione a. 1844 variae lectionis copias insigni incremento auxit. Qui in Italia versatus hos codices contulerat:

1) Mediolanenses *a. k.* et in *c.* Theocr. XIX. XXI. Inc. VII.

2) Laurentianum *p.* (excepto tamen Theocr. XX.), deinde in *s.* Theocr. XVI. XVII. XVIII. nec paucos reliquorum idylliorum locos, in *r.* Inc. V.

3) Vaticanos *6. 8. 9. 11. 18.*, tum in *5.* et *19.* Theocr. XVIII., in *20.* sat multos, in *21. 22.* paucos locos.

Collationes eius multo accuratiores quam Dorvillianae et Gailianae, et harum demum ope evenit, ut de dialecto Theocritea paullo certius iudicari posset. Nihilominus haud pauca sunt quae desideres. Primum adeo earum lectionum, de quibus disertio testimonio affirmat, fides aliquantum eo elevatur, quod aliquoties e schedarum suarum silentio parum caute lectiones finxisse deprehenditur. Nullo enim alio modo factum esse potest, quod ad Theocr. II, 3. et XIII, 68. 72. [71. 75.] e Vat. 9. lectiones affert, quo in libro eas partes deesse vel ipsius testimonio constet. Neque solum hac causa intercedente Zieglerum parum recte de codicum lectionibus retulisse, ubi nulla scripturae ambiguitas esse videatur, hic uno insigniore exemplo demonstrabo. In Theocr. I, 115. [130.] pro vulg. Ἄιδαν praeter Iuntinam teste Dorvillio unus codex *s.* verissimam lectionem Ἄιδος praebet, idem Zieglero auctore ἄιδαν. At Bethmannus, vir summae fidei, qui me rogante locum inspexit, affirmat ἄιδ<sup>ο</sup> legi, i. e. ἄιδος per solitam abbreviationem.

Deinde multas lectiones discrepantes a Zieglero omissas esse vel Sanctamandi et Dorvillii collationes docent, maxime ex cod. *p.*, ubi illarum consensus, accedente insuper cognatorum librorum testimonio, saepe Zieglerianae collationis defectum arguit. Idem apparet e collationibus summa cura in meum usum factis, quatenus pertinent ad partes etiam a Zieglero collatas, Theocr. II, 5—40. in cod. *9.*, Theocr. IV.

in *k.*, Theocr. XVIII. in 5. Neque sola leviora omisit, quamquam in aliis levissimis ut *οὐκέτι* vel *οὐκ ἔτι* religiosissimus, sed aliquoties lectiones notatu dignissimas, adeo unice veras.

Vel hinc apparet e silentio Ziegleri caute lectiones codicum colligendas esse. Accedit quod nusquam indicavit, quam editionem sequutus fuerit. Attamen eum contulisse cum editione Valckenario non antiquiore satis apparet; eam Kiesslingianam fuisse, mihi ex indiciis quibusdam probabile est. Neque tamen id scire referret, si Zieglerus constanter, ut voluisse videtur, variam lectionem ad suum textum ita conformasset, ut codices non nominati aut lectionem receptam aut, ubi lectio aliqua vulgata commemoratur, hanc tenere affirmarentur. Ei vero instituto haud raro non constitit, minime in Theocr. XII. Ubi inter alia quum ediderit vs. 1. *ἀοι*, 3. *μᾶλλον*, 4. *σφετέρως* et *λασιωτέρα*, in Adn. hanc variam lectionem tradidit: „*ἀοι* Vat. A. Medic. Medioll. 1. 2. edd. vett., *μᾶλον* item, *σφετέρως* et *λασιωτέρα* Vat. A. Medioll. 1. 2. edd. vett.“ Itaque de reliquorum codicum lectionibus nos incertissimos relinqueret, nisi facile apparet in editione collata vulgatas formas Ionicas fuisse. Sunt autem loci, ubi defectus Ziegleriani minus facile suppleri possint. Haud raro ambiguitas et obscuritas adnotationis offendit. Quid v. g. de codicum lectionibus statuamus ex his ad Theocr. I, 23. (editum *ποιμενικός*) adnotatis: „*ποιμενικός* Vat. C. Palat. Brunck. Valcken. Antea *πωμενικός*“?; vel ex his quae ad receptam lectionem *Ανκαίω* I, 108. [123.] leguntur: „*Ανκαίω* Brunck. Valcken. Antea *Ανκαίου*. *Ανκαίων* Medic.“? Aegre intelligitur reliquos libros *πωμενικός* et *Ανκαίου* tueri. Neque satis cautum est, ut variis codicum lectionibus enumeratis certo appareat, ad quem quaeque referenda sit. Denique valde incommode lectiones aliquoties non ad suos locos commemorantur, sed ad alios versus, adeo ad alia idyllia.

Nihilominus collationes Ziegleri, quum meliores fere deficiant, utilissimae sunt. Quae hac peculiari laude dignae sunt, quod saepe non solum discrepantes lectiones enotatae sunt, sed etiam conspirantes, deinde quod in locis dubiis

et in rebus ad dialectum pertinentibus Zieglerus attentior fuit, ut in hoc genere etiam silentio eius aliquantum fidei tribui possit, exceptis tamen accentibus et spiritibus. Hos enim apparet Zieglerum in codicibus conferendis prorsus neglexisse, postea vero edidisse, quaecunque placerent.

### §. 5. De Ameisii meisque subsidiis.

*Ameisius* quum suas collationum copias, unde in editione a. 1846 emissa aliquot lectiones protulerat, summa liberalitate mecum communicaverit, de illis et de novis, quae ipse mihi paravi, subsidiis hac eadem paragrapho agere par erit. Ameisii igitur beneficio mihi haec suppetebant:

1) Schedae *Duebneri*, in quibus e codicibus *A. M. P. Q.* secundum editionem Gaisfordianam perlustratis aliquot lectiones apud Gaisfordium aut omissas aut parum recte indicatus enotaverat, item e *B.* ad Theocr. XXIII. et Epigrammata.

2) Eiusdem collationes pleniore codicis *L.* ad Inc. I., codicis *M.* ad Bion. I. Inc. I. VIII., codicum Anthologicorum *F. N. Par.<sup>a. β. γ.</sup>* ad Mosch. II.

3) Collatio quatuor codicum Vindobonensium *Vind.<sup>a. β. γ. δ.</sup>* ad Theocr. I. a *Poeschlio* confecta (cum ed. Mein. I.).

4) Collatio diligentissima codicis Vindobonensis Moschei *Vd.* eidem *Poeschlio* debita (cum ed. Mein. I.).

5) Collatio locorum bucolicorum in Stobaei Florilegio Vindobonensi (cum Stobaei ed. Gaisf.) a *Kopitaro* instituta.

6) Collatio codicis Elbingensis accuratissima (cum editione A. Iacobsii), *Meinekio* debita.

7) Collationes utriusque codicis Lipsiensis editionis Heinsianae exemplari a V. D. quodam adscriptae.

Accedebant mihi ex aliis fontibus haec nova subsidia:

8) Collationes codicum Romanorum, *Freiburgeri* diligenti opera confectae praeter eas, quas disertis verbis ad alios referam: a) codicis *4.* in Theocr. XI. XV. et a *Ludovico Bethmanno* in Theocr. XVIII.; b) cod. *5.* Theocr. I. VIII. XVII, 1—69. XVIII.; c) cod. *6.* Theocr. XII. Inc. I.; d) cod. *9.* Theocr. II, 5—40. et Mosch. I.; e) cod. *11.* Bion. I. Mosch. II. Inc. I. (in altera libri parte) VI. VIII. 1—13.; f) cod. *16.* Theocr. I. XII. Inc. I.; g) cod. *18.* Bion. I. Inc. I. VI. VIII.;

h) cod. 21. Theocr. I. III. VIII. IX.; i) cod. 23. Theocr. II. III. XIV. XV. XVI. XX. Bion. I. Mosch. II. Inc. I. IV. V. VIII, 1—13. IX., e quibus Theocr. II. XIV. *Lorentzenius* insigni diligentia (cum ed. Teubn. 1850) contulit, Theocr. XV. *Bethmannus*; k) cod. 24. Theocr. III.; l) cod. 25. Theocr. III. (idem a *Freiburgero* et *Bethmanno* collatum); m) cod. 26. Theocr. I. *Bethmanni* cura.

9) *Mediolani Iosephus Mueller* lycei professor codicem *k.* eiusque scholia in Theocr. IV. me rogante accuratissime ad ed. *Heins.* excussit et de codicibus *Mediolanensibus* utilia quaedam retulit, plura cum summo bucolicorum emolumento praestiturus, nisi *Mediolano* relicto ad lyceum *Ticinense* transisset.

10) In aliis Italiae urbibus *Bethmannus* haec in meum usum contulit: a) *Florentiae* paucos locos in codd. *p. s. w.*, b) *Pistorii* e cod. II. Theocr. II. (cum ed. *Pileneii*), c) *Senae* e cod. Σ. Theocr. I, 1—29. II, 1—50., d) *Perusiae* e cod. Φ. Theocr. I. II. III. VIII. IX. et e codice *Anthologico APer.* Mosch. II.

11) *Parisiis Duebnerus* mea causa diligentissime has codicum partes contulit: a) in cod. D. Theocr. XII. (hoc cum ed. *Ameis.*) XIV. XVI. XIX—XXIII. Ἐπιγρ. Inc. I. VII. VIII. IX., b) cod. I. Inc. I., c) cod. K. Bion. I. (hoc cum ed. *Gaisf.*) et festinanter Inc. I., d) cod. L. Theocr. XIV—XVII. Inc. I., e) cod. M. Theocr. XVIII. et (cum ed. *Gaisf.*) Bion. I., f) cod. Y. Theocr. XII. (hoc cum ed. *Ameis.*) et Inc. I., g) cod. Z. Bion. I. (cum ed. *Gaisf.*), h) in *Florilegii Stobaeani* codice A. locos bucolicos (cum *Stobaei* ed. *Gaisf.*). Praeterea idem me rogante codices B. D. L. M. P. Q. Y. multis singulis in locis inspexit et priores collationes modo supplevit modo correxit.

12) E codice *Parisino Anthologico APar<sup>d</sup>.* apographum *idyllii Mosch. II.* a *Woelfflino* scriptum *Schneidewinus* mihi concessit, idem collationem codicis *Stobaeani A.* (cum *Stobaei* ed. *Tauchn.*) a *Presselio* institutam.

13) In *Florilegii Stobaeani* codice *Leidensi*, cuius usum insignis *Iacobi Geelii* humanitas mihi permiserat, locos bucolicos ipse contuli.

14) Postremo e copiis Germanicis haec praesto fuerunt : a) codicis *Lips<sup>a</sup>* collatio (Leichiana, ut videtur) ab Ernestio Salamandrinae exemplari adscripta, quod nunc in bibl. Gottingensi asservatur; b) codicis Hamburgensis collatio a Gurlitto Heinsianae exemplari adscripta, quod est in bibl. Iohannei Hamburgensis; c) lectiones et glossae in Iuntinam Lipsiensem olim e codice illatae, quas ipse excerpsi; d) Anthologiae Palatinae apographum Gothanum Wuestemanus a me rogatus aliquot in locis inspexit; e) codicis Anthologici Guelferbytani collationem ad Mosch. II. VI. a Schneidewino accepi.

Omnes collationes, quas ipse mihi paravi, secundum ed. Tauchn. 1843 factae praeter eas, quas supra disertis verbis excepi. Sed rogante me collatores, praecipue Duebnerus, saepe etiam de consensu lectionis accurate testati sunt.

### §. 6. De aliis collationibus.

Pauciora collationum subsidia aliis debentur, quae hac paragrafo comprehendemus.

1) Quum primus *G. Canterus* in Novis Lectionibus paucissima quaedam e libro manuscripto enotasset (nam codices, ad quos Brodaeus aliquoties provocat, antiquae editiones fuerunt), deinde *F. Ursinus* e codicibus, praeterquam quod inde Inc. VI. primus edidit, paucas lectiones ad Bionem et Moschum protulisset pluribus tacite receptis (de eius copiis alio loco disputabimus), *Casaubonus* in Praefatione Lectionum Theocriticarum profitetur se praeter codicem manuscriptum Scholiorum (Genevensis) uno Theocriteo usum esse. Idem ad calcem eius libelli primum editioni Genevensi ap. Vign. a. 1584 additi e Galesii libro varias lectiones ad Theocr. I. II. v. evulgavit, quae in eodem apud Commelinum alteris curis repetito omissae sunt. Hunc librum ab illo non diversum esse nec magis a codice Harleiano, qui nunc dicitur, Theocr. I—v. complexo, infra demonstrabimus. Attamen Casaubonus aliquot lectiones protulit tacite ex alio quodam libro petitas, ut XIV, 10. *ἀσυχά*, XVIII, 5. *κατεκλάχαιτο*. Postremo e Porti codice primus edidit Theocr. XXIII, 26 — fin. in Nott. ad Diog. Laërt. — De codice illo, in quo incredibilia

quaedam inventa esse *Scaliger* affirmat, alio loco dicemus. *Andr. Schottus* in *Observatt. hum. L. II, c. 46. seqq.* (a. 1615) aliquot lectiones affert, quas e codice Toletano haustas esse profitetur. *Nic. Schwebelius* in editione Bionis et Moschi Augustano codice Europae Moscheae usus est, unde pauca excerpfit.

2) Paulo largiores collationum copias *Reiskius* vel adhibuit vel evulgavit has:

a) Codicis *Lips<sup>a</sup>* variam lectionem, quem *Leichii* collatione editioni Oxoniensi a. 1676 adscripta usus postea ipse excusserat.

b) Quatuor codicum Mediceorum collationem a *Theod. Laurentio Abr. Gronovii* patruo confectam huius beneficio acceperat. Facile apparet *Reiskium* ex ea collatione pauca eaque satis negligenter excerpisse. Minime *Laurentio* tribui potest, quod haud raro aliqua lectio in duobus vel tribus illorum codicum extare traditur, singulis non designatis, vel quod omnes quatuor pro uno quarto nominantur, ut *Id. 1, 59. 100.* in lectionibus *μάλα τοι πρόφρων* et *αὐθις* factum, denique quod aliae codicum permutationes commissae. Ceterum certum est, *Reiskii* *Med. 3.* esse *p.*, *Med. 4.* vero *s.* De primo et secundo minus apparet, quia de reliquis codicibus *Laurentianis* parum constat, neque res tanti est, ut coniectura uti libeat. Hodie enim solae aliquot lectiones ex *s.* enotatae neque aliunde cognitae aliquid pretii habent.

3) E bibliotheca ducali *Vimariensi* *Reiskius* exemplar editionis *Commelinianae* accepit, cui vir quidam doctus, quem *Gerardum Falkenburgium* fuisse suspicatur, et alia utilia adscripserat et variam lectionem codicis *Stopiani* cum paucis lectionibus codicum *F. Ursini* et *Sambuci*. Ex eodem libro *Vimariensi* antea *Niclasius* in programmate *Luneburgensi* a. 1764 speciminis causa pauca protulerat.

3) *Wartonus* in editione sua praeter *Sanctamandiana* in medium tulit collationes codicum *Baroecianorum* et *Laudiani*, quos ipse solita negligentia excusserat, tum *Harleiani*, quem *Swithinus Adee* contulerat neque accentuum ratione habita neque in ceteris laudabilis.

4) *Valckenarius* apparatus criticum paucis novis colla-

b\*

tionum subsidiis auxit. Qui haec protulit partim in priore editione decem idylliorum partim in altera:

a) Varias lectiones codicis Parisini a Ruhnkenio collati, quem esse cod. *N.* lectionum a Gailio traditarum comparatio evincit \*). Nec diversus habendus codex Parisinus, quo T. Hemsterhusius usus fuisse aliquoties dicitur, ut ad XVIII, 2. 8.; cum hoc enim Ruhnkenius eandem collationem communicasse videtur.

b) Varias lectiones quinque codicum Parisinorum Anthologicorum ad Mosch. II. et codicis Parisini *X.* ad Inc. I. a Villoisono acceptas.

c) Codicum Palatinorum quasdam lectiones a Salmasio olim excerptas et ab Is. Vossio in marg. editionis Heinsianae positas.

d) Varias lectiones Stobaei Lugdunensis ad Bionis et Moschi fragmenta, quem ipse contulisse videtur; in Praefatione de hoc subsidio tacet.

e) Lectiones Arsenii Mosquensis ad Bionis et Moschi fragmenta a Christ. Friderico Matthaei communicatas.

5) *Brunckio* hae copiae suppetebant, unde in Notis paucae lectiones protulit idque codicibus non accurate distinctis:

a) Collationes codicum Vindobonensium Theocriteorum et Moschei *Vd.*, Blessigio debitae. In bibliotheca Bodleiana secundum Coxii Catalogum codex Misc. nr. 279. tenet a) collationes quinque codicum Vindobonensium Theocriti, b) codicis Moschei Vindobonensis, in cuius fine „expl. feliciter d. 24. Nov. 1772. Vindob.“ Quae collationes ipsae illae esse videntur, quibus Brunckius usus est.

b) Collatio idylliorum duorum Theocriti et quorundam Bionis et Moschi cum codicibus Parisinis a Larchero instituta.

---

\*) Inter alia cf. XI, 32., ubi Valek. in marg. Parisini legi tradit ἄλλως Ἄλλ' οὐτως, Gailius in marg. *N.* οὐτως, deinde XVIII, 19., ubi in utriusque margine ἔκτεο extare dicitur; neque illae lectiones marginales ex ullo alio Parisinorum commemorantur. Denique scholion ad XVI, 93., quod Gaisfordius e Ruhnkenii Excerptis protulit, teste Gailio in *N.* extat.

Hinc codicibus non designatis paucae codicis *M.* lectiones prolatae sunt ad Theocr. xv. Bion. i. Inc. i. III. VIII., codicis *L.* ad Inc. i. Larcherus accentibus fere non usus videtur.

c) Liber Aldi Manutii manu scriptus *ApA.*, qui penes ipsum fuit.

d) Quatuor Anthologiae Planudeae codices Parisini, unde quasdam lectiones ad Epigrammata et Mosch. II. excerptis.

6) *Harlesius* in editione Theocriti a. 1780 codicis Augustani ab ipso excussi variam lectionem apposuit. — *Strothius* in editione a. 1782 codicis Gothani variam lectionem protulit. — *Kieslingius* primum haud paucas lectiones attulit e collatione codicis Schellershemensis a Rinckio instituta, quem librum a Florentino *v.* non diversum esse infra demonstrabimus. Deinde in Appendice edidit trium codicum Venetorum *l. m. o.* paucas lectiones, quas Iac. Morellius Venetus ad Harlesium transmiserat.

7) *Wordsworthius* in editione Theocriti omnibus fere codicibus Anglicanis usus est, *Bar<sup>o</sup>. Burn. Bull. Can. Cant. Emm. Harl. Laud. Phil.* Attamen variam eorum lectionem potius delibavit quam integram exhibuit. Praeterea pauca quaedam e Sanctamandianis attulit.

8) Codicis Basileensis, qui maiorem partem Europae Moscheae tenet, collationem diligentem (cum septem editionibus) dedit *W. T. Streuber* in *Philologo* Schneidewini Vol. II. p. 378. — *G. Hermannus* in editione Bionis et Moschi e lectionibus in Iuntinam Lipsiensem a V. D. olim illatis siglo *Im.* usus partem protulit.

9) *Weissgerberus*, qui a. 1829 codices Parisinos *L. Q. Y.* contulerat, in programme lycei Rastadini a. 1848 (quod repetitum in *Curis Theocriteis* 1852) speciminis causa codicum *L. Y.* variam lectionem ad Theocr. xv, 1—32. protulit, aliquoties cum reliquis collationibus mirifice discrepantem, ubi vir plerumque diligentissimus eo peccasse videtur, quod e silentio collationis consensum cum vulgata lectione collegit.

De Anthologia Palatina et de collationibus codicum



Stobaei, quae in huius editionibus prostant, infra dicemus \*).

### §. 7. De siglis codicum.

Quum multi codices a pluribus collati sint, non leve incommodum in eo positum est, quod unusquisque posteriorum collatorum instituta priorum nihil curans suis siglis usus est, quo factum ut multi codices duobus, aliquot tribus diversis siglis utantur, unus adeo quatuor. Ita Vat. 6. Sanctamandi apud Gaisfordium est h., apud Zieglerum Vat. B., idem vero codex Florentinus apud Reiskium Med. 3. appellatur, apud Wartonum Laur. vel Laur. 37., apud Gaisfordium P., apud Zieglerum Medic.

A. Iacobsius, quum varias collectionum copias tum cognititas maiore diligentia quam solertia congereret, discrepantia eorundem codicum sigla intacta reliquit, ut haud raro pro lectione unius libri trium testimonia audiri videantur. Id vitium bene evitare studuit Gailius variam lectionem iam prius cognitam cum suis Parisinorum collationibus coniungens. Quum vero apud Gaisfordium codices Mediolanenses et Florentini cum aliis quibusdam maiuscularum ope indicentur, Romani minuscularum, Parisini cum Taurinensi numerorum Arabicorum, ipse maiusculas Parisinis suis vindicavit ne ordine quidem codicum Gaisfordiano servato (ut 1 = P., 2 = L., 3 = I.) et codicem 8. appellavit Taur., contra maiusculas Gaisfordii in minusculas mutavit (ut A = a.,

---

\*) Aliam supellectilem criticam bucolicorum editioni olim I. A. G. Weigelii bibliopola Lipsiensis paraverat, quam in calce Gregorii Corinthii (a. 1811) p. 1070. his verbis descripsit: „Brevi sumtibus I. A. G. Weigelii prodibunt instructissimae editiones Bucolicorum Graecorum, curante Godofr. Hermanno, et Euripidis, curante Aug. Matthiae. Textus poetarum scholiaque iam collata sunt cum codicibus nondum excussis bibliothecarum Italicarum et Gallicarum. Scholiastarum apparatus augebitur scholiis ineditis etc.“ Wordsworthio, ut narrat p. xxxvii., de illis copiis quaerenti Weigelius filius rescripsit, se eas collationes etiamnunc penes se servare. Ego quum olim verbis bibliopolicis parum fidei habuissem, in confirmationem Wordsworthianam serius incidi, quam ut expediret tentare, num forte illas copias nancisci possem.

P = p.), minusculas Vaticanorum eodem ordine servato in numeros Arabicos (ut a = Vat. 1., h = Vat. 8.).

Mihi aliquando in mente fuit Gaisfordiana sigla adoptare, quippe quae reliquis notiora sint, iisque codices apud illum non commemoratos accommodare. Revocabat ab eo consilio maxime usitata codicum in Scholiorum collectionibus designatio, ubi quum pleraque e Sanctamandi copiis Vaticanis et Gailii Parisinis manaverint, codices Vaticani illius siglis utuntur, Parisini (praeter pauca illa, quae iam apud Gaisfordium extant) Gailianis.

Itaque Gailianam codicum designationem ita sequi institui, ut Vaticanis numeros Sanctamandianos redderem et pauca alia mutarem, quae parum commoda viderentur. Primum igitur cum Gailio codicum Mediolanensium, Florentinorum et unius Veneti literas maiusculas in minusculas mutavi. Eieci autem ex ea serie codices Anthologicos I. O. Y., deinde codicem M., qui ne Italicus quidem est, et Parmensem L.; contra tribus Venetis Morellii litteras l. m. o. tribui, ut nunc codices a — k. Mediolanenses sint, l — o. Veneti, p — z. Florentini. Deinde post tredecim Vaticanos Sanctamandi, quibus suos numeros Arabicos reliqui, primum Ottobonianum Sanctamandi, deinde codices reliquos Romanos a Dorvillio, Zieglero, in meum usum collatos continua numerorum serie addidi. Neapolitano libro quum Dorvillius siglum F. tribuisset, a Gailio retentum, reliquis Italicis item literas Graecas maiusculas dedi, quales a Latinis facile discerni possunt, et duobus a Dorvillio collatis, olim L. et S., et tribus, quorum varia lectio mihi primo suppetebat. Parisinis sigla Gailiana reliqui, nisi quod T. V. X., quibus Gailius versiones Latinas significavit, malui iis codicibus tribuere, qui apud illum siglis parum commodis A. et P. (diversis ab A. et P.) utuntur, et tertio, quem Gailius neglexit. Codicibus Hispanicis, Anglicanis, Germanicis reliqui fere sigla, quae ipsis collatoribus placuerant, neque leves, quas admisi, mutationes quenquam morabuntur.

Codices Anthologicos, qui ad Epigrammata et Moschi II. pertinent, ita a reliquis distinguendos censuimus, ut cuiusque siglo litteram A. praefigeremus. Eodem modo codices

Stobaei ad carmina etiam in libris bucolicis servata literis *St.* praepositis discrevimus.

Ut vero, sicubi opus esse videtur, variae eiusdem codicis collationes commode distinguantur, siglis apposui paragraphorum numeros, quibus de variis collationibus egi. Itaque numerus 1. copias Sanctamandianas indicat, 2. Dorvillianas, 3. Gailianas, 4. Zieglerianas, 5. Ameisianas measque, 6. reliquas; praeterea numero 7. usus sum ad librorum Stobaei collationes Gaisfordianas indicandas. Quod vero interest scire, a quo aliqua lectio Sanctamandiana tradita sit, deinde utrum in plenioribus collationibus reperta sit an in Sylloge Salvinii; addito numero 1. eas solas lectiones Sanctamandianas significavi, quae apud Wartonum extant neque in Sylloge, contra litera a. quae sunt in Sylloge, litera b. quas Gaisfordius tradidit, litera c. quas Wordsworthius. Quaedam exempla institutum nostrum magis illustrabunt.

p<sup>1</sup> = p. secundum collationem Sanctamandi apud Wartonum.

p<sup>a</sup> — p. in Sylloge Salvinii.

p<sup>2</sup> — p. e collatione Dorvillii apud Gaisfordium.

p<sup>4</sup> — p. teste Zieglero.

p<sup>5</sup> — p. a Bethmanno mea gratia inspectus.

p<sup>6</sup> — p. e collatione Laurentii apud Reiskium.

---

v<sup>1</sup> — v. e coll. Salvinii in copiis Sctam. ap. Wart.

v<sup>a</sup> — v. in Sylloge Salvinii ibid.

v<sup>2</sup> — v. e coll. Dorv. ap. Gaisf.

v<sup>6</sup> — v. e coll. Rinckii ap. Kiessl.

---

9<sup>1</sup> — 9. e coll. Sctam. ap. Wart.

9<sup>b</sup> — 9. e coll. Sctam. ap. Gaisf.

9<sup>2</sup> — 9. e coll. Dorv. ap. Gaisf.

9<sup>4</sup> — 9. ap. Ziegl.

9<sup>5</sup> — 9. e coll. Freiburgeri in meum usum instituta.

---

N<sup>3</sup> — N. e coll. Gailii.

N<sup>6</sup> — N. e coll. Ruhnkenii ap. Valcken.

---

- P<sup>b</sup>. — P. e coll. Setam. ap. Gaisf.  
 P<sup>c</sup>. — P. e coll. Setam. ap. Wordsw.  
 P<sup>2</sup>. — P. e coll. Dorv. ap. Gaisf.  
 P<sup>3</sup>. — P. e coll. Gailii.  
 P<sup>5</sup>. — P. e coll. Duebneri in Ameisii meumve usum  
 instituta.

StV<sup>2</sup>. — Stobaei cod. Vind. e coll. Dorv. ap. Gaisf.

StV<sup>5</sup>. — idem e coll. Kopitari inter copias Ameisianas.

StV<sup>7</sup>. — idem e coll. Gaisfordii post Eclogas.

Paucissima sunt, ubi hoc nostrum institutum variarum lectionum auctores ambiguos relinquere possit, ut quod Harl.<sup>b</sup> et Casaubonianam et Wartonianam et Wordsworthianam eius codicis collationem indicaret. Ibi vero numeris appositis abstinentes disertis verbis utemur.

### §. 8. Catalogus Codicum Manuscriptorum.

Codices, quos enumerare placuit, quatuor generum sunt. Primum *Theocritei*, quorum pars etiam Bionea et Moschea tenet, sed ea aut poëtae nomine carentia aut Theocrito adscripta. Unus codex cognitus est, Mutinensis recens, in quo idyllia Moschi nomine ornata continuo post Theocritum leguntur. In pluribus codicibus miscellaneis Theocritea simul et Moschea (sub nomine Moschi) non in unum corpus coniuncta extant, sed alienis operibus intercedentibus, ut s. 9. F. N. In his voluminibus rectius bini codices distinguuntur, alter Theocriteus, alter Moscheus, casu coniuncti. — Deinde codices *Moschei*, pauci numero, quorum alteri tria quatuorve idyllia tenent, alii solam Europen. — Tertium genus codices *Anthologicos* comprehendit, quo praeter Anthologiam Palatinam et Planudeae libros aliosque, quos excerpta ex Anthologia continere apparet, etiam eos retulimus, qui solum Moschi *Ἔρωτα δραπέτην* habent neque cum aliis bucolicis neque cum epigrammatis iunctum; lectionum enim comparatio etiam hic id carmen ex Anthologia manasse arguit. Ceterum codices Anthologici ad Epigrammata Theocriti et Moschi, ad Mosch. II. et Inc. II, 1—4. pertinent. — Postremo codices *Stobaei* enumerandos censuimus, qui non solum quosdam

Theocriti locos et quinque versus e Mosch. II. cum utilissimis lectionibus, sed etiam solus plerasque minores Bionis et Moschi reliquias servavit.

Enumeravimus autem omnes eorum generum codices, quicumque aut toti aut partim collati sunt. Addidimus quosdam nondum collatos, de quibus traditum est, quae idyllia quoque ordine teneant. Horum numerum e variis bibliothecarum catalogis, qui mihi non praesto fuerunt, augeri posse credo. In describendis codicibus, quantum fieri poterat, haec indicavi: a) varia sigla, quibus apud priores designantur; b) bibliothecam, in qua asservantur, et numerum, quo inscripti sunt; c) materiam, in qua exarati (nam etiam haec facit ad iudicium de auctoritate libri, quum bombycini prae ceteris boni esse soleant, membranacei vero pessimi); d) aetatem; e) quae carmina contineant quoque ordine, quo in loco addita verba *sec. coll.* indicant, e sola varia lectione prolata colligi, quae idyllia in codice sint, de ordine autem non constare; f) qui contulerint et quas partes, quatenus id non ex ipsis siglis primo loco positis satis apparet, qua in re hoc tenendum est, collationes Sanctamandianas (quantum quidem constat) paucis exceptis, quae accurate indicata sunt, deinde Gailianas et Zieglerianas ad sola idyllia vulgo Theocrito adscripta pertinere, i. e. praeter nostra Theocritea Inc. II—V. VII. IX. Praeterea, quum plerique libri bucolici cum aliis scriptoribus uno volumine comprehendantur, in optimis codicibus adnotavimus, siquidem id traditum reperimus, quibuscum coniuncti essent, item in aliis quibusdam, ubi ex ea re de cognatione codicum aliquid colligi posse videretur. Alia cur in quorundam librorum descriptionibus addiderimus, facile apparebit. Omisimus autem, quae de codicum scholiis et glossis tradita sunt, quum de his alio loco agendum sit.

Descriptiones codicum a Wartono, Gaisfordio, Gailio, Wordsworthio, plerisque aliis exhibitae multa relinquunt quae desideres. Zieglerus hoc officio in codicibus a se collatis diligentius functus est; praeterea utilem operam praestitit indicando, quae carmina et quo ordine in plerisque aliis codicibus Mediolanensibus, Florentinis, Romanis le-

gantur. Id vero ipsum, quum plurimum faciat ad iudicium de familiis codicum ferendum, neque Dorvillius adnotaverunt neque Wartonus; nam Sanctamandus ne hoc quidem neglexisse videtur, ut intelligitur ex accurata codicis *M.* descriptione a Gaisfordio tradita.

Nos praeter editorum descriptiones et ea, quae Weissgerberus de Parisinis *L. Q. Y.* diligenter tradidit, primum variis bibliothecarum catalogis usi sumus, maxime optimo illo Bandiniano codicum Graecorum bibliothecae Laurentianae et Catalogo codicum manuscriptorum Graecorum bibliothecae Regiae Parisinae a. 1739—1744 (opera Aniceti Mellot). Deinde Bethmannus mihi codices a se inspectos accuratissime descripsit, Freiburgerus Romanos *9. 11. 16.*, Ios. Muellerus partem Mediolanensium, Duebnerus Parisinos *D. L.*, reliquorum ordine indicato, de quo fere non constabat, postremo Wuestemannus codicem Gothanum.

In quibus codicibus plures partes e variis familiis congestae certius discerni possunt, eas partes maiusculis Latinis additis distinximus, ut *D<sup>A</sup>. D<sup>B</sup>.*

### A. Codices Theocritel.

#### Mediolanenses.

a.] = *A.* Dorv. = *Mediol.* 2. Ziegl. — Ambr. nr. 32. bombyc. (chart. Muell.) sec. XIII. *Theocr.* I—III. *V. IV. VI—XVIII.* (I—XVIII. Muell.)

b.] = *B.* Dorv. — Ambros. nr. 22. sec. XIV. (?) teste Muellero (recentior Dorv.). Insunt secundum duplicem indicem a Muellero exscriptum fol. 52—57<sup>b</sup>. *Theocr.* VII—X, 21. (—x, 19. Zieglero teste), fol. 58. *Inc. IV.*, tum fol. 61—74. *Inc. IV.* Σὺριγξ. *Εἰς νεκρὸν Ἀδωνιν. Γένος Θεοκρίτου* et *περὶ ἐύρέσεως τῶν βουκολικῶν.* *Theocr.* I—VI. Apud Gaisfordium praeterea varia lectio ad *Inc. v.*, 1—16. comparet, quod carmen ante Syringem extare videtur.

c.] = *C.* Dorv. = *Mediol.* 3. Ziegl. — Ambr. nr. 75. membr. sec. XV. — (c<sup>A</sup>) *Theocr.* Ἐπιγρ. XIX. XXI. *Inc. VII.*, deinde post duo vacua folia ab alia manu (c<sup>B</sup>) *Theocr.* I—III. *V. IV. VI. VIII.* (c<sup>C</sup>) IX—XIII. XI. iterum. XIV—XVI\*).

\* ) Ita teste Muellero, 1—xvi. vulgari ordine Zieglero referente.

*Inc. IX. VIII. Theocr. XVII. Inc. I. Theocr. XX. XVIII. Inc. II. III. Bion. I. Inc. V. VI. Σὺργιγξ.* cum commentariis. Holobolus in Πέλεκυν. Τοῦ αὐτοῦ Σιμμίον Ῥοδίου Ῥόον. (c<sup>b</sup>.) *Theocr. XXII. XXIII. Mosch. I. (c<sup>k</sup>.) Εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν. Inc. XIX.*, tum Hesiodus. Zieglerus sola *Theocr. XIX. XXI. Inc. VII.* contulit.

*d.] = D. Dorv. — Ambros. nr. 89. chart. sec. XVI. (240 annorum Dorv.) Theocr. I—XV.*

*e.] = E. Dorv. — Ambros. nr. 115. chart. sec. XVI. Theocr. I—XVI. XVIII. XXII. XXIII. (1—8. sec. coll.) Inc. I. Theocr. XVII.* Apud Gaisfordium praeterea variae lectiones ex hoc libro ad *Inc. II, 1—11.* allatae.

*g.] = G. Dorv. — Ambros. nr. 69\*.)* Continet sec. coll. *Theocr. I—XVIII.* et *Inc. IV.*

*h.] = H. Dorv. — Recens auctore Dorvillio, qui nihil praeterea adnotavit. Videtur autem hic liber Ambros. nr. 111. esse, Muellero teste sec. XVI. et Theocr. I—XVIII. continens, ut h. sec. coll.*

*k.] = K. Dorv. = Mediol. 1. Ziegl. — Ambros. nr. 222. bombyc. sec. XIII. Theocr. I. VII. III—VI. VIII—XIII. II. XIV. XV. XVII. XVI. XXIII. Ἐπιγρ.\*\*.)* — In meum usum Ios. Muellerus contulit *Theocr. IV.*

Praeterea Zieglerus hos Ambrosianos commemorat: nr. 7. *Theocr. I. VII. IX.*, nr. 529. *Theocr. I. VI. VII. V. III. IV. VIII. X. IX. XII. XIII. XI. XIV. II.* De nr. 24. vid. not.\*).

\*) Ita secundum Codd. Dorv. p. 71., quum apud Gaisfordium siglum G. codicem nr. 24. significare tradatur. At nr. 24. teste Zieglero complectitur *Theocr. I. II. V. IV. VII. VIII. X. IX. XI—XIII. XV—XVII.*, quum e cod. G. apud Gaisf. variae lectiones etiam ad *Theocr. VI. XIV. XVIII.* et *Inc. IV.* allatae sint, ad *Theocr. III.* sane nullae, casu opinor, ut paucissimae ad *I. II.* Codicis Mediol. nr. 24. inter copias Dorvillianas collatio extat a reliquis, quae eidem exemplari adscriptae sunt, separata, vid. Codd. Dorv. p. 71. Ea Gaisfordius non videtur usus esse.

\*\*) Hoc volumine continentur ante Theocritum Euripidis Phoenissarum pars, Aeschylus Persae, Aristophanis Plutus, Nubes et Rauae, Lycophron, Hesiodi Scutum, Pindari hymni XII, Hesiodi O. et D., Oppiani Hal., Dionysius Per., post Theocritum vero Simmiae Ala et Securis, fragmenta quaedam et excerpta.

## Veneti.

l.] = *Marc. A.* Morell. — Marcian. nr. 480., Bessarionis iussu a Ioanne Rhoso Cretensi scriptus. *Theocr. I—XVIII.*

m.] = *Marc. B.* Morell. — Marcian. nr. 466., olim Bessarionis. *Theocr. I—IX.*

o.] = *Marc. C.* Morell. — Marcian. e bibl. coenobii SS. Ioannis et Pauli. *Theocr. I—VIII.*

## Florentini.

p.] = *P. Dorv.* = *Laur. Sctam.* = *Med. 3. Reisk.* = *Medic. Ziegl.* — Laurent. Plut. xxxii. nr. 37. bombyc. sec. XIII. iudicibus Dorvillio et Zieglero, sec. XIV. auctore Bandinio. Hoc referente et accuratius etiam Bethmanno insunt haec: fol. 1<sup>a</sup>. *Σῦριγξ.*, 1<sup>b</sup>. *Theocr. XX, 1—18.* reliqua paginae parte vacua\*), fol. 2<sup>a</sup>. fragmentum quoddam medicum a diversa manu, fol. 2<sup>b</sup>. 3<sup>a</sup>. vacua, fol. 3<sup>b</sup>. 4<sup>a</sup>.<sup>b</sup>. *Theocr. XVII.* ultimae paginae dimidia parte vacua; tum fol. 5<sup>a</sup>. seqq. *Theocr. I. V. VI. IV. VII. III. VIII—XIII. XV. XIV. II. Inc. I. Theocr. XVI.* Sequitur Pindarus. Prima illa, Syrius et Theocr. xx. xvii., Bethmanno iudice fortasse eiusdem manus sunt, cuius reliqua bucolica et Pindarus: attamen in Theocr. xx. xvii. paginae binas columnas habent, non item in reliquo codice. Praeterea ornatius quinti folii initium et eiusdem inscriptio *Θεοκρίτου Βουκολικά* arguunt hoc verum codicis initium esse, prima vero quatuor folia postea praefixa. — Zieglerus Theocr. xx. conferre neglexit. Quasdam codicis lectiones Salvinius in Sylloge ap. Wart. protulit. Paucos primi idyllii versus me rogante Bethmannus inspexit.

q.] = *Q. Dorv.* — Laurent. Pl. xxxii. nr. 52. chart. sec. XIV. Pindarum excipiunt *Theocr. I. V. VI. II. III. IV. VII—XIII. XV. XIV. Πτερόγιον.* Contulit Dorvillius Theocr. i. v. vi.

r.] = *R. Dorv.* = *Laur. 43. Sctam.* = *Medic. 43. Ziegl.* — Laur. Pl. xxxii. nr. 43. chart. sec. xv. *Theocr. I—XVIII. Inc. I. Mosch. I. II. Inc. IV. Bion. I. Inc. VIII. Theocr. XX. Inc. V. Σῦριγξ. Εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν.* Collatio Sancta-

\*) Nisi quod possessor hic nomen suum inscripsit:

βίβλιον Εὐαγγελιστοῦ τοῦ Σιδηροκεφάλου καὶ τῶν φίλων.



mandi latet; quasdam tamen lectiones Salvinus in Sylloge enotavit, et aliae intelliguntur e lemmatis glossarum Laurentianarum, quae ex hoc libro depromptae sunt. Dorvillius contulit Theocr. I. et quae post Theocr. XVIII. leguntur, Zieglerus solum Inc. v., aliquot praeterea lectionibus ad Inc. v. et carmen εἰς v. <sup>n</sup>A. excerptis.

s<sup>A</sup>.] = S. Dorv. = *Med. 4.* Reisk. = *Medic. 16.* Ziegl. — Laurent. Pl. XXXII. nr. 16. bombyc. (chart. Band.) sec. XIII. secundum Dorvillium, Bandinium, Zieglerum, contra sec. XIV. vel potius XV. iudice Bethmanno. Nonnum excipiunt *Theocr. I—III. V. VI. IV.\*) VII—XIV. Inc. I.*, deinde post duas fere paginas vacuas *Theocr. XV—XVIII.*, cui subscriptum Θεοφύλακτος. Sequuntur Apollonius Rh., Hesiodus, Oppianus, tum (s<sup>B</sup>.) *Mosch. I. II. Inc. VIII.* prima duo Moschi nomine inscripta, postremo Nicandri Theriaca. Ita descripsit Bandinius et accuratius Bethmannus. — Zieglerus excussit Theocr. XVI. XVII. XVIII. et e reliquis Theocriteis aliquot lectiones excerptis; de uno loco Bethmannus mihi respondit.

t.] = T. Dorv. = *Laur. 46.* Setam. — Laurent. Pl. XXXII. nr. 46. chart. sec. XV., olim Angeli Politiani. *Theocr. I—XVIII. Σὺθιγξ. Βωμός.* Collatio Sanctamandi latet; pauca Salvinus in Syll. excerptis, item Dorvillius, hic potissimum ad Id. XVIII.

v.] = V. Dorv. = *Ben. V. i. e.* vetustior Setam. = *Schell. ap. Kiessl.\*\*)* — Codex olim Monasterii Benedicti-

\*) Ita consentientes Zieglerus et Bethmannus; minus recte Bandinius hunc ordinem tradit: I—III. v—VII. IV. etc.

\*\*) Codicem Schellershemianum a Benedictino illo non diversum esse, quanquam nemodum indicavit, tamen certissimum est. Illum Kiesslingius p. VIII. auctore Creuzero tradit Florentinum esse, bombycinum sec. XIV. et praeter Theocriti Id. I—XIV. continere Hesiodum, Dionysium Per., fragmenta LXX. interpretum, grammaticas diatribas; similiter Matthiae ad Arat. p. VIII. et Bernhardy ad Dion. Per. p. XXXIII. Duorum vero Benedictinorum codicum alter (de altero vide proxima) a Montfaucono Bibl. bibl. p. 416. bombycinus sec. XIV. dicitur et cum Theocrito Hesiodum, Dionysium Per., Excerpta quaedam e Sacra Scriptura et Prosodiam continens; Theocriti Id. I—XIV. in fuisse per Salvinium et Dorvillii collationem constat. Eundem Beth-

norum B. Mariae Virginis sive Abbatiae A. C. 12., postea baronis de Schellersheim, bombyc. sec. XIV. *Theocr. I—XIV.* In collatione Salvinii e copiis Sanctamandianis apud Wartonum Id. II. III. praetermissa sunt, non item in Sylloge. In Germaniam delatum contulit Rinckius, unde Kiesslingius aliquot lectiones protulit.

w.] = W. Dorv. = *Ben. R.* i. e. recentior Setam. — Codex olim eiusdem monasterii A. C. 4., nunc teste Bethmanno Laurentianus inter codices Badae Florentinae nr. 2823., bombyc. sec. Montf., chart. Bethm., sec. XIV. auctoribus Montf. et Dorv., sec. XIV. vel XV. iudice Bethmanno. Eodem referente insunt post Hesiodum: *Theocr. I. V. VI. IV. VII. III. VIII—XIII. II. XIV—XVI. Inc. IX. VIII. Theocr. XVII. Inc. I, 1—15.* Collatio Salvinii ap. Wartonum Id. II. III., non item eiusdem Sylloge. Paucos versus primi idyllii Bethmannus inspexit.

x.] = X. Dorv. — Cod. bibl. S. Marci sec. XV. *Theocr. I—XVIII.* sec. coll.

z.] = Z. Dorv. — Laurent. Pl. XXXI. nr. 18. membran. sec. XV. exeuntis Band., recentissimus Dorv. *Theocr. I. V. VI. IV.* teste Baud. (male Ziegl. eidem tribuit Id. I. II. III. IX.) Idyllii IV. ap. Gaisf. nulla collatio.

Praeterea a Bandinio hi codices Laurentiani commemorantur: Pl. XXXI. nr. 5. chart. sec. XIV. *Theocr. I—XIII.*; nr. 25. sec. XVI. *Theocr. I—IX.*; Pl. LXXXVI. nr. 25. chart. sec. XV. *Theocr. I. II. V, 1—38.*, Pl. XCI. nr. 9. membran.

---

mannus studiosè quaerendo inter Badae libros detegere non potuit, quum ibidem alterum codicem Theocriteum inveniret. Accedit insignis lectionum e Ben. et Schell. enotatarum consensus. Speciminis causa has apponimus ex utroque allatas: VII, 6. βούρριναν, 20. μειδιόοντι, 24. κορυθαλίδες, 42. γελάσας, 60. ὀρνίθων, 69. αὐταῖσι et ἐρείσθων, 84. ἐξέπνοσας, 93. ὅτι γ' αἶδεν, 96. ἐρῶ, 120. ὑπορρεῖ, 128. ἤμεν, 147. παρνάσιον, 151. ἐβαλλεν, XI, [20.] ἀρὸς ἀώρον, 23. τεοῦ, 24. ἔμοι, 30. θάιτρον, 36. ὀπώρα, 40. ποθ' ἐμὲ, 41. ὀρεχθεῖν corr. in ἐρεχθεῖν, 59. ᾧς κεν ἰδῶ. Plures essent eius generis, si de Schell. saepius constaret. Si qua discrepant, ea facile errori vel negligentiae sive collatorum sive editorum tribui possunt; neque enim rarius lectiones a Wartonio et Gaisfordio ex eodem Benedictino prolatae inter se differunt.

anni 1460. Theocr. I—III. v. IV. VI—VIII.; deinde a Zieglerero nr. 35. Theocr. I. v. VI. IV. VII. III. VIII. X—XIII. XV. XIV. II. Inc. I. — Reiskii Med. 1. et = 2. qui sint e Laurentianis, certo iudicari nequit.

**Romani.**

1.] = *Vat. 1.* Setam. = *a.* Dorv. — Vatic. nr. 50. chart. sec. XIV. *Theocr. I. II, 49—VI.*

2.] = *Vat. 2.* Setam. = Vatic. nr. 95. Quae Theocritea contineat, non apparet; scholia inde afferuntur ad Id. I—IX.

3.] = *Vat. 3.* Setam. = *c.* Dorv. — Vatic. nr. 38. sec. XIV. Insunt p. 148. seqq. (3<sup>a</sup>) *Theocr. I. V. IV. VII. III. VIII—XIII.* (ita Ziegl., sed Id. VI. non deesse docent collatio Dorv. et scholia eo pertinentia, nec dubium quin post Id. v. legatur); deinde p. 286. seqq. ab alia manu (3<sup>b</sup>) *Theocr. II. XIV. XVI. Ἐρατοσθένους ὑπόθεσις εἰς τὸν Ἄϊταν.*

4.] = *Vat. 4.* Setam. — Vatic. nr. 1825. chart. sec. XIV., qui fol. 113—161. iusto foliorum ordine\*) restituto haec bucolica tenet: *Theocr. II, 13—VI, 38.* (deficientibus v, 15—79. 106—135.) *VII, 16—XVIII. Σῦριγξ.* Contulerunt in meum usum Freiburgerus Id. XI. XV., Bethmannus Id. XVIII.

5.] = *Vat. 5.* Setam. = *e.* Dorv. = *Vat. F.* Ziegl. — Vatic. nr. 42. bombyc. sec. XIV. *Theocr. I—XVIII. Ἐρατοσθένους ὑπόθεσις εἰς τὸν Ἄϊταν.* Zieglerus contulit Id. XVIII., Freiburgerus in meum usum Id. I. VIII. XVII, 1—64. XVIII.

6.] = *Vat. 6.* Setam. = *Vat. ap.* Gaisf. ad Theocr. XXII. XXIII, 1—8. e coll. Setam. = *h.* Dorv. = *Vat. B.* Ziegl. — Vatic. nr. 913. bombyc. sec. XIII. auctore Zieglerero, sec. XII. Dorvillio. *Theocr. I—XV. XVIII. Inc. I. The-*

\*) Nunc hic ordo: fol. 113. VII, 16—44., f. 114. IV, 54—v, 14., f. 115. v, 80—105., f. 116. 117. v, 136—VI, 38., f. 118—125. II, 13—IV, 53., f. 126—161. VII, 45—XVIII. Σῦριγξ. — Eiusdem voluminis pars extrema fol. 218—232. habet Theocr. I. v. VI. IV. VII. III. a Sanctamando eadem codicis Vat. 4. appellatione comprehensa, qui ea de causa idyllia III—VII. in codice bis inesse dicit ap. Wart. Vol. I. p. LXIX. Eam vero partem potius ad cod. 23. pertinere infra apparebit.

ocr. XXII. XXIII, 1—8. In Wartoniana Vaticanorum farragine huius solius varietas extat ad Theocr. XXII. XXIII, 1—8. Ad eadem Gaisfordius collatione Sanctamandi tacite usus est. Mihi Freiburgerus contulit Theocr. XII. et Inc. I.

7.] = *Vat. 7. Sctam.* = *g. Dorv.* — *Vatic. nr. 39. sec. XIII. Theocr. I, 104 [106] — VIII\**).

8.] = *Vat. 8. Sctam.* = *b. Dorv.* = *Vat. D. Ziegl.* — *Vatic. nr. 40. bombyc. sec. XII. (Ziegl.), sec. XI. (Dorv.) Theocr. V, 62 — VIII.*

9<sup>a</sup>.] = *Vat. 9. Sctam.* = *Vat. ap. Gaisf. ad Theocr. XX. Inc. IX. e coll. Sctam.* = *m. Dorv.* = *Vat. A. Ziegl.* — *Vatic. nr. 915. bombyc. sec. XII. (Ziegl.), sec. XI. (Dorv.) Praeter multa alia Homeri, Hesiodi, Pindari, Theognidis, Dionysii Per., Musaei etc. insunt iusto foliorum ordine\*\*)* restituto *Theocr. II, 5—III, 6. V, 59—XIII, 65. [68.] XV, 71—XVII. XX. Inc. IX.*, praeterea prorsus ab illis separata fol. 35. 36. (9<sup>b</sup>) *Μόσχου Εὐρώπη*, fol. 22. *Σῦριγγ* et teste Sanctamando *Βωμός* et *Πέλεκυς* nescio ubi. In farragine lectionum Vaticanarum apud Wartonum ad Theocr. XX. Inc. IX. huius solius lectio reperitur. Ad eadem carmina Gaisfordius codicis collatione Sanctamandiana tacite usus est.

\*) Apud Wartonum p. iv. et inde Wordsw. p. xxxvi. errore quodam, vix ipsius Sanctamandi, praecedentis codicis nr. 913. descriptio ad hunc aberravit. Gaisfordianus index codicum, quibus Sanctamandus ad Scholia usus sit, codici *Vat. 7.* numerum 37. tribuit, Dorvillius secundum *Codd. Dorv. p. 67.* et *Gaisf. codici suo g.* numerum 139., utrumque, nisi vehementer fallor, sphalmate. Nam de Vaticanae codicibus Theocriteis nr. 37. vel 139. nihil praeterea innotuit; contra nr. 39., quo numero *Vat. 7.* in indice Sanctamandiano utitur, etiam a Zieglero commemoratur, cuius descriptio, quid codex contineat (quam supra exhibuimus), cum Dorvilliana codicis *g.* collatione optime conspirat.

\*\*) Nunc hic ordo turbatissimus: fol. 217. *Inc. IX, 262—fin.*, deinceps in eadem pagina *Batrachomyomachia* incipiente, fol. 229. *xv, 71—xvi, 68.*, f. 230. *xI, 55 [57] — XIII, 65. [68.]*, f. 240. *II, 5—III, 6.*, f. 241. *v, 59—VII, 8.*, f. 242. *Inc. IX, 96—261.*, f. 243—245. *VII, 9—xI, 54. [56.]*, f. 246. *xx, 152—fin.* *Inc. IX, 1—95.*, f. 247. 248. *xvi, 69—fin. xvII, xx, 1—151.* In fol. 218—228. et fol. 231—239. aliena leguntur.

Mihi Freiburgerus speciminis loco accuratissime contulit Id. II, 5—40.

10.] = *Vat. 10.* Setam. = *f. Dorv.* — *Vatic. nr. 1363.* sec. XIV. e libris F. Ursini. *Theocr. I—III. V. IV. VI—XIV.*, praeterea teste Sanctamando *Inc. I.* (cuius nulla collatio apud Gaisf.) et *Σὺριγξ*.

11.] = *Vat. 11.* Setam. = *Vat. ap. Gaisf. ad Inc. II—VI.* e coll. Setam. = *Vat. C. Ziegl.* — *Vatic. nr. 1311. chart. sec. xv.* ex libris Ursini. — (11<sup>A</sup>) *Theocr. I—XV. XVIII. Inc. I. Theocr. XXII. XXIII, 1—8.*, tum (11<sup>B</sup>) *Theocr. XVI. Inc. IX. VIII, 1—13. I. 35—fm. Theocr. XX, 1—44. 92—185. XVIII, 52—59. Inc. II. III. Mosch. II. Inc. IV. Bion. I. Εἰς νεκρὸν Ἀδωνιν. Inc. V. VI.* (11<sup>C</sup>) *Theocr. XIX, 1—87. [85.]*, postremo *Σὺριγξ* in nova pagina, antecedentis parte vacua relicta. Omnia eiusdem manus; lacunae neque foliis perditis natae neque ullo indicio significatae. Apud Wartonum in farragine Vaticana huius codicis lectio tradita est ad Inc. II—V. et carmen *εἰς νεκρὸν Ἀδωνιν*. Gaisfordius ad Inc. II—VI. collatione Sanctamandiana tacite usus est. Mihi Freiburgerus contulit *Bion. I. Mosch. II. Inc. I.* (e posteriore codicis parte). VI. et VIII, 1—13.

12.] = *Vat. 12.* Setam. = *k. Dorv.* — *Vatic. nr. 44.* sec. XIV. *Theocr. I—XVIII, 43. Ἐρατοσθένους ὑπόθεσις εἰς τὸν Ἀἴταν.*

13.] = *Vat. 13.* Setam. — *Vatic. nr. 43. Theocr. I—VIII.*

14.] = *Ott.* Setam. apud Wart. et Gaisf. — *Ottobon. nr. 280.* (in Vaticana.) *Theocr. I—XVIII.*

15.] = *d. Dorv.* — *Vatic. nr. 1371. chart. sec. xv. Theocr. I—VIII.*

16.] = *i. Dorv.* — *Urbinas nr. 140.* (in Vaticana), *chart. sec. XI.* (Dorv.), sec. XII. vel XIII. (Freib.), sec. XIII. vel XIV. (Bethm.) *Theocr. I—XIV. Inc. I. Theocr. XV—XVIII.* In meum usum Freiburgerus contulit *Theocr. I. XII. Inc. I.*

17.] = *l. Dorv.* — *Vatic. nr. 53. sec. xv. Theocr. I—VIII.*

18.] = *Vat. E. Ziegl.* — *Vatic. nr. 1379. chart. sec. XIV. Inc. IX. VIII. Theocr. XX. Inc. II. III. Bion. I. Inc. V. VI. I.* Inest praeterea Freiburgero referente Dosiadis *Βω-*

μος, nescio quo loco. — Mihi Freiburgerus contulit Bion. i. Inc. i. vi. viii.

19.] *Vat. G.* Ziegl. — *Vatic.* nr. 1380. chart. sec. xv. e libris Ursini. *Theocr. I—XVIII.* Contulit Zieglerus Id. xviii.

20.] = *Palat. Ziegl.* — *Palat.* nr. 330. (in Vaticana), chart. sec. xiv. *Theocr. I—XIII.* Zieglerus haud paucas lectiones excerpfit.

21.] *Palat.* nr. 190. (in Vaticana) membran. *Theocr. I. II, 1—51.* (reliqua leguntur post vii, 51.) *III—IX.* Zieglerus pauca excerpfit; mihi Freiburgerus contulit Id. i. iii. viii. ix.

22.] = *Reg. Ziegl.* — *Reg.* nr. 151. (in Vaticana) chart. *Theocr. I—VIII.* Zieglerus pauca excerpfit.

23.] *Vatic.* nr. 1825. B. et 1824. chart. sec. xiv. Theocritea, quae in extremo codice nr. 1825. leguntur (vid. supr. p. xxxii. not. \*), olim cum iis, quae sunt in prima parte codicis nr. 1824., unum corpus effecerunt, arguente etiam antiqua signatura, quae est in infimis paginis neque conspirat cum recentiore, quae est in summis. Is igitur codex nunc continet: *Γένος Θεοκρίτου. Theocr. I. V. VI. IV. VII. III.* (usque ad iii, 50. in nr. 1825.) *VIII—XIII. II, 1—4. 50—fin. XIV. XV, 1—34. 80—126. XVI, 23—fin. Inc. IX, 1—6. 105—fin. Inc. VIII, 1—13. Inc. I, 35—fin. Theocr. XX, 92—185. Mosch. II, 18—fin. Inc. IV. Bion. I. Εἰς νεκρὸν Ἀδωνίην. Inc. V, 1—53.* Omnes lacunae foliorum iactura natae, quae partim ante antiquam illam signaturam inscriptam facta est, partim post\*). Ante haec bucolica in nr.

\*) Antiqua illa signatura huiusmodi est: a<sup>1</sup>. a<sup>2</sup>. etc., b<sup>1</sup>. b<sup>2</sup>. etc. Foliorum complexus litteris a. b. c. etc. signati partim novem folia habent, partim octo vel septem; singula folia 46 fere versus tenent; in nr. 1825. sunt a<sup>1—9</sup>. et b<sup>1—6</sup>, in nr. 1824. b<sup>6—9</sup>. seqq. Inde ab e<sup>1</sup> haec folia supersunt: e<sup>2. 3. 6. 7. 8.</sup> f<sup>1. 2. 3. 5. 6.</sup> g<sup>3. 4. 5. 6.</sup> Apparet igitur post signaturam factam excidisse e<sup>1</sup>. (*Theocr.* xv, 127—xvi, 23 = 45 Vs.), e<sup>4. 5.</sup> (*Inc.* ix, 7—101.), f<sup>1</sup>. (*Theocr.* xx, 1—44.), f<sup>7</sup>. g<sup>1. 2</sup>. (*Theocr.* xviii, 52—59. *Inc.* ii. iii. *Mosch.* ii, 1—17 = 137 Vs.), g<sup>7</sup>. (*Inc.* v, 51—fin. vi. = 40. Vs.) Quibus restitutis codex eadem teneret inde a *Theocr.* xvi., quae 11<sup>b</sup>, quam codicis partem ex illo manasse certissimum est, ut suo loco demonstrabo.

1825. est Hesiodus ab eadem manu, sequitur in nr. 1824. Euripides ab alia manu. — Contulerunt mea causa Freiburgerus Theocr. III. et quae inde ab Theocr. XVI. restant, Lorentzenius Theocr. II. XIV., Bethmannus Theocr. XV.

24.] Reg. nr. 92. (in Vaticana). *Theocr. I. II, 1—51.* (reliqua post VII, 51.) III—IX. Contulit Freiburgerus Id. III

25.] Reg. nr. 152. (in Vaticana), membr. sec. XV., olim Is. Vossii. *Theocr. I. II. III. V. IV. VI. VII. VIII.* Contulerunt Id. III. Bethmannus et Freiburgerus.

26.] Cod. bibl. Casanatensis supra Minervam G. 4. 16. chart. a. 1415 scriptus. *Theocr. I—VIII.* Bethmannus mihi Id. I. contulit.

Praeterea Zieglerus hos codices Theocriteos Vaticanae commemorat: nr. 16. Theocr. I—V, 76., nr. 62. Theocr. I—VIII., Palat. nr. 131. Theocr. I—III. V., Palat. nr. 156. Theocr. I—IV.

#### Reliqui Italici.

Γ.] = Γ. Dorv. — Neapoli in bibl. S. Ioannis Carbonarii. sec. XIV. *Theocr. I—X.* sec. coll.

Δ.] = δ. Dorv. — Taurini in bibl. Reg. XLVI. 6. v. 26. chart. sec. XV. *Theocr. I—III. VIII—XIII. IV—VII. XIV. XVI. XXIII. Ἐπιγράμματα.* (vid. Pasin. Catal. bibl. Taur. Vol. I. p. 152.) Ad Epigrammata apud Gaisf. nulla varia lectio.

Θ.] = λ. Dorv. — Parmensis recentior multum. *Theocr. I—XVIII. XXIII. Ἐπιγράμματα* sec. coll., incertum quo ordine.

II.] Pistorii in bibl. Sapientiae B. 34. membran. sec. XIV., olim Sozomeni Pistoriensis. *Theocr. I—VIII.* post Hesiodum. Paucissima excerpit Pilencius; Id. II. contulit Bethmannus.

Σ.] Senae in bibl. publ. I. IX. 3. membr. sec. XV. Post Hesiodum *Theocr. I—III. V. IV. VI—VIII.* Pro specimine Id. I, 1—29. II, 1—50. contulit Bethmannus.

Φ.] Perusiae in bibl. publ. nr. 15608. sive 257. bombyc. sec. XIV. *Theocr. I—III. VIII—XIII. IV—VII. XIV. XVI. XXIII. Ἐπιγράμματα. Πτέρυγες.* Bethmannus contulit Id. I. II. III. VIII. IX.

Praeterea Bethmannus descripsit mihi hos codices Mutinae in bibl. Estensi asservatos: nr. 146. sive II. E. 13. chart. a Georgio Valla Placentino scriptus. Theocr. I—III. v. IV. VI—VIII. X. IX. XI—XVIII. Inc. I., deinde sub Moschi nomine Mosch. I. II. Inc. VIII., postremo *Θεοκρίτου γένος*. — nr. 34. sive III. C. 20. chart. sec. XIII. vel XIV. Theocr. I—VIII. cum largissima scholiorum copia. — nr. 99. sive III. A. 20. chart. sec. XV. Theocr. II, 11—XV. VII, 101 [102]—fin. Num ultima bis legantur an suo loco omisa sint, non apparet.

Parisini.

A.] = A. Gail. — Reg. \*) nr. 2596. bombyc. sec. XV. (a. 1447. Catal.) — (A<sup>A</sup>) *Theocr. XV—XVIII.*, in cuius fine *τέλος*, deinde novo initio facto (A<sup>B</sup>) *Theocr. I.* In Ameisii usum Duebnerus percurrit.

B.] = B. Gail. = 6. Dorv. — Reg. nr. 2721. (olim Colbert. nr. 1193.) chart. sec. XVI. (sec. XV. Catal.) *Theocr. I—III. VIII—XIII. IV—VII. XIV. XVI. XXIII. Ἐπιγράμματα. Πτέρυγες.*

C.] = C. Gail. — Reg. nr. 2722. chart. sec. XVI. (sec. XV. Catal.) *Theocr. I. V. VI. IV. VII. III. VIII—XIII. XV. XIV. II.* Huius extrema pars teste Catalogo desideratur, neque a Gailio post vs. 109. quidquam varietatis enotatum.

D.] = D. Gail. = 4. Dorv. — Reg. nr. 2726. (olim nr. 2794.) chart. sec. XIV. Gailio auctore et Duebnero pro certissimo affirmante (sec. XVI. Catal.), olim Ios. Scaligeri \*\*). — D<sup>A</sup>) *Theocr. I—III. VIII—XIII. IV—VII. XIV. XVI. XXIII. Ἐπιγράμματα. Πτέρυγες;* deinde eadem manu, sed cum aliquo novae partis incipientis indicio \*\*\*)

\*) Retinui Regionum appellationem, quanquam hodie rectius Imperiales dicuntur.

\*\*\*) Scaliger hoc epigramma inscripsit:

Βάρβαρος οὐ πέλομαι, ἀλλ' οὐδέ τε εὐχόμεαι εἶναι,  
οὐδὲ πρὸς Ἑλλήνων ψεύδεα μῦθος ἄγει.  
Εἰμί Κλιμακοφόρων θεῖον γένος, ἕρνος Ἄρηος,  
Φοῖβον ὄλον κατέχων στήθεσι, παίγμα Τύχης.

\*\*\*\*) Crux, reliquorum idylliorum extremae voci addita, post *Πτέρυγας*, Id. xv. et Inc. I. sub ultimo versu medio reperitur. Prae-



(D<sup>b</sup>.) *Theocr. XVII. XVIII. XV.*; tum iterum novae partis indicio intercedente (D<sup>c</sup>.) *Theocr. XIX.*, cuius ultimi duo versus soli in pagina leguntur, reliqua pagina et tribus sequentibus vacuis nec minus in quarta sex versuum spatio; tum *Theocr. XX, 69—fin. XXI. XXII. Inc. VIII. IX, 85—fin. 1—84. Inc. I.*, cuius post finem absolutae partis indicio instructum dimidia fere pagina et tres sequentes vacuae; sequitur *Inc. VII.*, quod excipiunt versus *δέχνησο τὰν σύριγγα κ. τ. λ.* (vid. Add. ad Var. Lect.) extrema paginae parte vacua; postremo *Πέλεκυσ.* — Codex complurium correcturas expertus est eradendo, expungendo, superscribendo, denique in margine (hic plerumque addito *γρ.*) factas. Duebnerus praeter ipsum librarium et Scaligerum quinque correctorum manus distinxit a. b. β. c. d. (c. reliquis recentiorum), sed concessit mihi manum β., quae fere in margine conspicitur, fortasse eiusdem correctoris esse ac b., id quod propter correctionum naturam mihi certum videtur\*). Ceterum per se patet iudicium de manibus aliquoties minus certum fuisse, ubi correctio singulis litteris vel paucissimis contineretur. — Codicis collatio Dorvilliana ap. Gaisf. negligentissima est nec pertinet ad *Inc. I. VIII.*, aliquanto melior Gailiana. Mibi Duebnerus religiosissime excussit *Theocr. XII. XIV. XVI. XIX—XXIII. Ἐπιγράμματα. Inc. I. VII. VIII. IX.*, deinde correcturas in reliquis factas; postremo quaerenti de locis singulis haud paucis respondit.

*E.]* = E. Gail. — Reg. nr. 2758. bomb. a. 1393. scriptus. *Theocr. I—III. V. IV. VI—VIII. XV.* Antecedunt Hesiodi O. et D.

*F<sup>a</sup>]* = F. Gail. — Reg. nr. 2763. (olim Colbert.) chart.

terea initium idyllii xvii. nitidius scriptum tanquam novo operis initio facto.

\*) Vide inter alia *Theocr. I, 61.*, ubi a pr. man. *κοῦτοι τοι φθονέω*, a D<sup>b</sup>. priori *τοι* superscriptum *τι*, a D<sup>β</sup>. in marg. *γρ. κερτομέω*, quum *κοῦτι τοι κερτομέω* eandem variam lectionem efficiant, quae est in k. Deinde memorabile, quod in priore codicis parte ante *Πύργως* Duebnero auctore nullae lectiones marginales a D<sup>b</sup>. reperiuntur, in reliquis haud paucae, praecipue ad *Theocr. xviii. xix.*, contra hic nullae a D<sup>β</sup>. praeter *Id. xvii.*, ubi utraeque.

sec. XVI. (sec. XV. Catal.) *Theocr. I—XVIII.* post Hesiodum; in priore codicis parte post hymnos Homericos est (F<sup>n</sup>) *Μόσχου Ἐρωῶς δραπέτης.*

G.] = G. Gail. — Reg. nr. 2781. chart. Mich. Apostolii manu scriptus (sec. Catal. ab Aristobulo quodam sec. XV.). *Theocr. I—XV. XVIII. Inc. I. Theocr. XXII. XXIII, 1—8.*, tum teste Catalogo scholia in Simmiae Syringem. Antecedunt Pindari Ol., sequuntur Hes. O. et D.

H.] = H. Gail. — Reg. nr. 2786. partim bomb. partim chart. sec. XIV. *Theocr. I—IV. VI. V. VII—X.* inter Hesiod. O. et D. et Pind. Ol.

I.] = I. Gail. = 3. Dorv. — Reg. nr. 2802. (olim nr. 3312.) bomb. sec. XIV. *Theocr. I—V, 131. VIII, 29—XIV. Inc. I.* — Mihi Duebnerus contulit Inc. I.

K.] = K. Gail. — Reg. nr. 2512. A. chart. sec. XV. (sub finem sec. XV. Catal.), e Graecia seculo XVIII. allatus. Insunt teste Duebnero eadem et eodem ordine, quae in M., nisi quod Syrix deest. (Catalogus tamen hanc et Aram inesse affirmat.) Gailius Inc. IX. conferre neglexit, quod non omissum esse Duebnerus diserte affirmat. Hic mea causa contulit Bion. I. et festinantius Inc. I.

L.] = L. Gail. = 2. Dorv. — Reg. nr. 2831. (olim nr. 1513.) chart. (bomb. Catal.) sec. XIV. secundum Ducangii iudicium codici inscriptum adstipulantibus Gailio et Duebnero, sec. XIII. sec. Catal. et Adertum, sec. XII. vel XIII. iudice Weissgerbero. *Theocr. V, 55—XV. XVII. Inc. I. Theocr. XVI.* — Duebnerus mihi contulit *Theocr. XIV—XVII. Inc. I.* et e reliquis singula haud pauca. Ad Inc. I. Ameisius eiusdem collatione usus erat, olim Larcheri Brunckius. Variam lectionem ad *Theocr. XV, 1—32.* Weissgerberus protulit.

M.] = M. Gail. = 10. Gaisf. e coll. Sctam. — Reg. nr. 2832. (olim nr. 3378.) bombyc. (teste Sctam., chart. Catal.) sec. XIV. *Theocr. I. V. VI. IV. VII. III. VIII—XIII. II. XIV. XV. XVI. Inc. IX. VIII. Theocr. XVII. Inc. I. Theocr. XX. XVIII. Inc. II. III. Bion. I. Inc. V. VI. Σὺριγγίς* bis et Dosiadis *Βωμός* uterque. Gaisfordius collatione Sanctamandiana ad *Theocr. 1—XIV.* non usus, neque ad

Bion. I. Inc. I. VIII., si quidem Sanctamandus haec carmina contulerat. Brunckius ad quaedam carmina Larcheri collatione usus est. Duebnerus in Ameisii usum Bion. I. Inc. I. VI. VIII. contulit, reliqua perlustravit, quibus copiis usus sum; deinde mea gratia Theocr. XVIII. Bion. I. accuratissime excussit, de multis reliquorum locis quaerenti respondit.

N.] = N. Gail. — Reg. nr. 2833. membr. sec. XVI. Duebnero (sec. XV. exeuntis Catal., sec. XIV. Duebn. ad Scholl. p. VIII. sphalmate, ut videtur), olim Mediceus. *Theocr. I—XVIII.*, deinde post hymnos Homericos (N<sup>o</sup>) *Μόσχου Ἐρωσ δραπετης*. Hic est Parisinus Ruhnkenii, cuius collatione Valekenarius usus est, aliquoties eundem T. Hemsterhusii codicem appellans.

O.] = O. Gail. — Reg. nr. 2834. membr. sec. XV. (sub finem sec. XV. Catal., sec. XVI. Duebn.) *Theocr. I—XVIII.* Sequuntur Hesiodus, Dionysius Per., Pindarus.

P.] = P. Gail. = 1. Dorv. — Reg. nr. 2835. (olim nr. 335.) chart. sec. XIV. *Theocr. I—XV. XVII. Inc. I. Theocr. XVI.* E Sanctamandi collatione pauca protulerunt Gaisfordius et Wordsworthius. Ad Inc. I. Dorvilliana collatio deficit. Duebnerus in Ameisii usum aliquot lectiones excerpit, nec paucas in meum.

Q.] = Q. Gail. = 2. Gaisf. e coll. Sctam. — Reg. nr. 2884. (olim Colbert. nr. 6443.) bombyc. a. 1298 ab Athanasio quodam scriptus teste Sanctamando apud Gaisf. Continet praeter quaedam Aeschyli et Sophoclis *Theocr. I. V. VI. IV. VII. III. VIII—XIII.* Aliquot lectiones in Ameisii usum Duebnerus excerpit, nec paucas mea causa.

R.] = R. Gail. — Reg. nr. 2998. bomb. sec. XIII. teste Duebnero (sec. XIV. Catal., sec. XV. Gail.), olim Federici Morelli. Continet inter multa triginta ferme sententias Theocriteas.

S.] = S. Gail. — Reg. nr. 3026. chart. sec. XVI. *Theocr. I.*

T.] = A. \*) Gail. — Coisl. nr. 354. auctore Duebnero

---

\*) Gailii T. V. translationes Latinas tenent, X. Epigrammata cum Guyeti notis.

(Reg. nr. 454. in Praef. Scholl. errore quodam; nam codex huius numeri, ut e Catalogo apparet, nihil Theocritei habet). sec. XIV. — (T<sup>A</sup>) *Theocr. I—VIII.*, tum post dimidiam paginam et duas integras vacuas (T<sup>B</sup>) *Theocr. IX—XI.*

V.] = P. Gail. — Reg. 2835. b. (eadem compage cum P. comprehensus) membr. Matthaei Sebastii Lampudii Peloponnesii manu Florentiae scriptus. *Theocr. I—VIII.*

X.] Reg. nr. 2551. chart. sec. XV., codex miscellaneus, in quo fol. 153. *Inc. VIII, 1—13. I, 35—fin.* tanquam unum carmen. Hic est Parisinus, cuius collatione Villosioniana Valckenarius ad Inc. I. usus est.

F.] = Y. Gail. = 7. Dorv. — Coisl. nr. 169. bombyc. sec. XV. (sec. XIV. Weissg.) *Theocr. I—XIV. Inc. I. Theocr. XV—XVIII.* Quaedam Gaisfordius protulit e collatione Sanctamandi, ad Inc. I. nihil e Dorvillianae. Ad *Theocr. XV, 1—32.* Weissgerberus variam lectionem evulgavit. Duebnerus mihi contulit *Theocr. XII. Inc. I.* et praeterea aliquot lectiones excerpsit.

Z.] = Z. Gail. = II. Gaisf. ad Inc. II. III. v. e coll. Sctam. — Coisl. nr. 351., Hectoris Pyrgotelis, adolescentuli quindecim annorum manu a. 1516 scriptus. *Theocr. I—XVIII. Inc. I. Mosch. I. II. Inc. IV. Bion. I. Inc. II. III. VIII. Theocr. XX. Inc. V. Σὺ φιλῶξ. Εἰς νεκρὸν Ἀδωνι.* Contulit mihi Duebnerus *Bion. I.*

#### Hispanici.

Tol.] Toletanus, unde Andr. Schottus quasdam lectiones in *Observatt. II, c. 49. 50.* prolatas se hausisse professus est.

Iriarte in Catal. codd. Matrit. commemorat codicem Matritensem nr. VIII., Const. Lascaris manu scriptum, qui continet *Theocr. I—III. v. IV. VI—VIII. X. IX. XI—XIII. XVI. XVII. Inc. I. Mosch. I. II. Theocr. XIV. XV. XVIII.,* omnia sub Theocriti nomine.

#### Anglicani.

Bar<sup>a</sup>] Oxonii in *Bibl. Bodl. Barocc. nr. 109. chart. sec. XV. Theocr. I—VIII.* Contulit Wartonus et quaedam excerpsit Wordsworthius.

*Bar.<sup>β</sup>*] *ibid.* Barocc. nr. 216. chart. *Theocr.* III, 23—VIII. teste Coxio, auctore Warton ab initio et in fine mutilus, unde Wartonus quasdam lectiones ad *Theocr.* v—VII. protulit.

*Burn.*] Londini in Mus. Brit. fol. 109. CLXI. D. chart., olim Caroli Burnei. *Theocr.* I—XV. incertum quo ordine. Usus est Wordsworthius.

*Butl.*] *ibid.* MSS. Butl. II, 885. membr., olim Samuelis Butleri. *Theocr.* I—VIII. Usus est Wordsworthius.

*Can.*] Oxonii Bodl. Canon. nr. 86., olim Abbatis Canonici Veneti. *Theocr.* I—XVIII. Usus est Wordsworthius.

*Cant.*] Cantabrigiensis x. 594. Dd. 10. 42. chart. *Theocr.* I—XVIII. Pauca inde protulit Briggsius, deinde Wordsworthius adhibuit.

*Dorv.*] = *M. Dorv.* — Oxonii Bodl. x. I. 3. 12. chart. (Wordsw.), bombyc. (Codd. Dorv.), olim Dorvillii\*). *Theocr.* I—VIII. X. Βωμός. Πέλεπυς, vid. Codd. Dorv. p. 15. (minus recte Wordsw.)

*Emm.*] Cantabrigiae in Emman. Coll. MSS. 1. 2. 11. chart. *Theocr.* VII. VIII. mutila. Pauca inde protulerunt Briggsius et Wordsworthius.

*Hart.*] Londini Mus. Brit. Harl. nr. 5691. chart., olim Harleianus. *Theocr.* I—V. excepto huius versu ultimo. Contulit in usum Warton Swithinus Adee medicus, accentibus non usus; nuper adhibuit Wordsworthius. Neque diversus ab hoc libro Galesii codex, unde Casaubonus in ed. Vign. 1584 quasdam lectiones ad *Theocr.* I. II. v. protulit nec minus, Galesio non nominato, in *Lectt. Theocr.* Res facile apparet, si lectiones illas Casauboneas cum Harleianis comparaveris.

*Laud.*] Oxonii Bodl. Laud. nr. 54. (olim nr. 731.) membr. (Wart.) chart. (Cox.) sec. xv. in. olim Laudii Archiepiscopi. *Theocr.* I—VIII. Antecedunt Euripidis *Hec. Or. Phoen. Sophoclis Ai. El. OR.*, Hesiod. *O. et D.* cum scholiis Mo-

---

15) Gaisfordius tanquam Parmensem recenset, sed secundum Codd. Dorv. Dorvillius ipse hunc librum post Parmensem suum posuit, non ut Parmensem.

schopuli, sequuntur Pindari Ol. et Hom. Il. 1. II, 1—493. — Contulit Wartonus et quaedam inde attulit Wordsworthius.

*Phil.*] codex Thomae Phillips Baronetti de Middlehill in agro Worcestrensi, chart. *Theocr.* I—XIII. XVI. Inc. I., quo ordine, non apparet. Usus est Wordsworthius. — Praeterea codex Bodleianae Misc. nr. 243. chart. sec. xv. Franc. Byrenaci manu scriptus post Oppiani Halieutica tenet Inc. I.

#### Germanici.

*Aug.*] Monaci in Bibl. Reg. Bavar. nr. 470., olim Augustanus, chart. sec. xv. *Theocr.* I—III. V. IV. VI—VIII. (vid. Hardt. Catal. bibl. Bavar. iv. p. 554.) Contulit Harlesius.

*Elb.*] Elbingensis membran. sec. xv. *Theocr.* I—III. V. IV. VI—VIII. Insunt praeterea Aristophanis Plut. Nub., Hesiodi O. et D. — Diligentissimam Meinekii collationem Ameisius mecum communicavit.

*Goth.*] Gothanus nr. 64. membran. a. 1482 a Rhoso Cretensi (a quo etiam l.) Venetiis scriptus. *Theocr.* I—XVIII. post Hesiodum. Contulit Strothius, descripsit mihi Wuestemannus.

*Hamb.*] Hamburgi in bibl. Iohannei, olim Dillherri, membran. sec. xvi. (vid. Bekker. Praef. ad. Theogn. ed. 1.) *Theocr.* I. VII. III—VI. Exemplar editionis Heinsianae, cui a I. C. Wolfio codicis collatio adscripta est, Petersenius ad me transmisit.

*Lips<sup>a</sup>.*] Lipsiae in bibl. senat. nr. III. chart. sec. xv. iudice Reiskio in Animadv. ad Sophocl. (sec. XIV. auctore Naumanno in Catal. bibl. senat. p. 3.) *Theocr.* I—VIII. Continet praeterea Hesiodi O. et D. et Sophoclis tres traegodias. De collationibus vide §. 5, 7. 14. et §. 6, 2. a.

*Lips<sup>d</sup>.*] Lipsiae in bibl. Academ. chart. sec. xv. *Theocr.* I—VIII. Descripsit Loesnerus, ad Hesiod. p. v., lectiones quasdam excerpit V. D. ad marginem exemplaris Heinsiani, quod Ameisius possidet.

*Vind<sup>a</sup>.*] Vindobonae in bibl. Caesar. nr. 289. chart. *Theocr.* I—XI. Quaedam ex hoc et sequentibus protulit Brunckius

secundum collationem Blessigii, Caesareos appellans. Quatuor primos ad Id. I. diligentissime contulit Poeschlius in Ameisii usum, quas schedas huius humanitate accepi.

*Vind<sup>B</sup>*] ibid. nr. 200. (olim nr. 216.) chart. *Theocr.* I—XIII. (VIII. bis).

*Vind<sup>C</sup>*] ibid. nr. 256. chart. *Theocr.* I—V.

*Vind<sup>D</sup>*] ibid. nr. 258. chart. *Theocr.* I—VII.

*Vind<sup>E</sup>*] ibid. nr. 127, 128. *Theocr.* VI—XIV. XVI—XVIII. XV.

Codicis *Leidensis*, olim Vossiani, qui *Theocr.* I—III. continet, collatio latet inter copias Dorvillianas, vid. Codd. Dorv. p. 69. — *Basileensem*, in quo *Theocr.* VII—XVI, 4., commemorat Haenelius in Catal. libr. manuscr. p. 542.

#### Incertorum locorum.

*ApA.*] i. e. Apographum Aldi, liber Aldi Manutii manuscriptus, qui continebat *Inc.* IX, 1—54. *Theocr.* XIX. XXI. XXII. XXIII, 1—25. referente Brunckio Anall. III. p. 81., qui codicem ipse possedissee videtur et pauca inde excerpsit.

*Im.*] i. e. Iuntinae margo (ea appellatione G. Hermannus usus), correctiones, variae lectiones et glossae in exemplar Iuntinum, quod est in bibl. senat. Lipsiensi, olim e codice aliquo illatae. Pertinent ad *Theocr.* XX. *Bion.* I. *Mosch.* I. *Inc.* I. IV. V. VIII., *Syringem* et carmen εἰς νεκρὸν Ἀδωνιῦν. Contulit ad Bionem et Moschum G. Hermannus, ego ipse et haec accuratius et reliqua.

*Pt.*] codex Franc. Porti Cretensis, ex quo Casaubonus in Nott. ad Diog. Laërt. exscripsit et primus edidit *Theocr.* XXIII, 26 — fin.

*Stop.*] Codex Nicolai Stopii, unde V. D., quem Reiskius Falkenburgium fuisse existimat, varias lectiones adscripsit margini exemplaris Commeliniani, postea in bibliothecam Vimariensem illati; ex hoc Reiskius exscripsit. Videtur autem codex ille *Theocr.* I—XV. tenuisse, incertum quo ordine.

#### B. Codices Moschel.

##### a) pleniores.

*s<sup>B</sup>*] = S. Dorv. — Laurent. Pl. XXXII. nr. 16. sec. XIII. vel XIV. — *Mosch.* I. II. *Inc.* VIII., priora duo ut Μόσχου,

tertium sine inscriptione. Vid. supra inter Codd. Theocr. Florent.

*Vd.] = Caes. Brunck.* — Vindobonae in bibl. Caes. nr. 311. membran., olim Ioannis Sambuci. *Inc. I. (Μόσχου ἢ Θεοκρίτου, ἢ a man. sec.) Mosch. I. (Μόσχου). II. Inc. VIII, 1—31.*, ubi post *θηλυτέρησι με* codex desinit, quanquam in eadem pagina spatium superest et duo vacua folia sequuntur; ultima duo idyllia poëtae nomine carent. Usus est Brunckius collatione Blessigii; diligentissimam Poeschlii collationem Aneisio debeo.

Tertium huius generis librum, Estensem nr. 146. a Georgio Valla scriptum, qui Mosch. I. II. Inc. VIII. sub Moschi nomine tenet, supra inter Codd. Theocr. post Italicos commemoravimus.

b) *solius Europae.*

*f.] = F. Dorv.* — Mediol. Ambros. Optimus et antiquissimus, in quo et Odyssea Homeri et Sallustius philosophus de Diis (ita Dorv.).

*n.] = N. Dorv.* — Venet. Marc. Arm. 2. T. I. N. 7. Continet inter alia Moschi European.

*9<sup>b</sup>.] Vatic. nr. 915. sec. XII., vid. supra inter Codd. Theocr.*

*August.] Monaci in bibl. Reg. Bavar. nr. 525. (olim Augustanus). sec. XIV., quo continetur inter alia Μόσχου Σικελιώτου Εὐρώπη vs. 1—80., sed literis ita evanidis (ut Schwebelius refert confirmante Halmio in literis ad me datis), ut pauca legi possint. Quasdam lectiones Schwebelius inde protulit.*

*Bas.] Basileensis F. VIII. 4. chart., ubi inter miscellanea Mosch. II, 24 — 142. sine inscriptione. Recentior manus supra scripsit Θεόγνης, deinde altera „imo ex Europa Moschi“. — Contulit W. T. Streuberus in Schneidewini Philol. II. p. 378.*

**C. Codices Anthologici.**

*AP.] = O. Dorv.* — Anthologiae codex Palatinus clarissimus nr. 23., diu Romae, deinde Parisiis exsul, hoc seculo Heidelbergae redditus, sec. X. secundum Iacobsii suspicio-



nem, cui Paulssenius ipso libro inspecto non adversatur. Insunt e Bucolicis dispersis sedibus *Theocr.* Ἐπιγράμματα. *Mosch. II. VI. Inc. II, 1—4.* Codicem Dorvillius Romae contulerat a. 1728, vid. Codd. Dorv. p. 61. 63. Edidit Fr. Iacobsius secundum apographum Spaletti, quam ad editionem Paulssenius membranam Heidelbergae restitutam summa religione excussit. Locum *Inc. II, 1—4.* in *Apogr. Goth.* mihi contulit Wuestemannus.

*AMed.*] = *I.* Dorv. — Mediol. Ambros. nr. 831. miscellaneus, quo Dorvillius ad *Mosch. II.* usus est.

*AFI.*] = *F.* Dorv. — Laurent. sec. xv. varia epigrammata continens, quem Dorvillius ad *Mosch. II.* adhibuit. Videtur is *Pl. LVII. nr. 29.* esse, chart. sec. xv. vel xvi., qui partem anthologicam similem atque *APar<sup>d</sup>.* continet, cf. Schneidew. *Progymn. ad Anth. Gr. p. 9.*

*APer.*] Perusiae in bibl. publ. nr. 15560. bomb. sec. xv., ubi inter Euripidem et Phocylidem *Mosch. II.* cum inscriptione *στίχοι ἠρωικοὶ εἰς τὸν Ἔρωτα.* Contulit Bethmannus.

*F<sup>b</sup>.*] Parisinus nr. 2763. sec. xvi., ubi post hymnos Homericos *Mosch. II.*, vid. inter Codd. *Theocr.* Hunc et quatuor sequentes libros ad *Mosch. II.* in Valckenarii usum contulit Villoisonus, in Ameisii Duebnerus, cuius schedis usus sum.

*N<sup>b</sup>.*] Parisinus nr. 2833. sec. xvi., ubi post hymnos Homericos *Mosch. II.*, vid. inter Codd. *Theocr.*

*APar<sup>a</sup>.*] Paris. Reg. nr. 2511. chart. sec. xiv. teste Duebnero (sec. xv. Catal.), ubi cum epigrammatis quibusdam *Mosch. II.*

*APar<sup>d</sup>.*] Paris. Reg. nr. 2562. bombyc. sec. xiv. inter alia *Mosch. II.* cum epigrammatis quibusdam continens.

*APar<sup>z</sup>.*] Paris. Reg. nr. 2765. partim membr. partim chart. sec. xv. (sub finem sec. xv. Catal.), ubi *Mosch. II.* post hymnos Homericos.

*APar<sup>d</sup>.*] Paris. Reg. nr. 2720. inter epigrammata *Mosch. II.* tenens, cuius carminis accuratum apographum Woelfflino debitum Schneidewinus mihi concessit. Catalogus in codice miscellaneo nr. 2720. chart. sec. xv. cum multis aliis Ex-

cerpta e veteribus poëtis legi refert, quo illa Anthologiae pars pertinere videtur. De anthologica illa codicis parte vid. Schneidewini Progymn. in Anth. Gr.

*APar<sup>t</sup>.*] Paris. Reg. nr. 352. Supplem. bomb. sec. XIII., unde inter multa epigrammata *Mosch. VI.* editum a Cramero Anecd. Paris. IV. p. 379.

*AGud.*] Gudianus nr. 77. in bibl. Guelpherb. sec. XIV., excerpta ex Anthol. Planud. continens. Collationem idyllii *Mosch. II.* et epigrammatis *Mosch. VI.* Schneidewino debeo.

*AFabr.*] = Fabr. C. Dorv. — Codex Io. Alb. Fabricii epigrammata continens, quo Dorvillius usus est, vid. Codd. Dorv. p. 64. Inde apud Gaisf. (qui in Codicum catalogo hunc non commemorat) paucae lectiones ad *Mosch. II.* allatae.

Ad idem genus codicum pertinent hi Laurentiani apud Bandinium: Pl. LXX. nr. 35. membr. sec. XV., ubi *Mosch. II.* inter miscellanea, tum Pl. LXXIV. nr. 13. chart. sec. XV., miscellaneus, et Pl. XCI. nr. 8. chart. sec. XVI., in quibus *Mosch. II.* cum epigrammatis quibusdam. — Planudeae Anthologiae quatuor codicibus Parisinis Brunckius usus est, unde ad Epigrammata et *Mosch. II.* paucae lectiones protulit.

#### D. Codices Stobaei.

##### a) Florilegii.

*A.*] Paris. nr. 1984. bomb. sec. XIII. vel Gaisfordio iudice sec. XIV. Contulit Gaisfordius, simul H. Grotii collatione usus. Aliam collationem a Presselio editionis Tauchnitianae exemplari adscriptam Schneidewinus mihi usurpandam permisit. Tertiam accuratissimam locorum bucolicorum Duebnero debeo, qui solus utramque manum secundam distinxit.

*B.*] Paris. nr. 1985. chart. sec. XVI. fere medii. In Gaisfordii usum cum ed. Trineav. commisit Theodorus Sypsonus Graecus.

*N.*] Paris. nr. 2092. chart. recentissimus, a Gaisfordio raro secundum collationem Grotii adhibitus.

*L.*] Leidensis. chart. sec. XV. olim Is. Vossii, Stobaei aliquot partes, poëtarum potissimum dicta, perverso ordine continens. Contulit Gaisfordius. Ad locos vero bucolicos olim

Valekenarius aliquot lectiones protulerat; eosdem ipse diligenter excussi. Descripsit librum Valekenarius Diatr. Eurip. p. 198.

V.] Vindobonensis. membr. sec. x., olim Sambuci. Locorum bucolicorum collatione Dorvilliana Gaisfordius in editione Bucolicorum usus est, Kopitariana e copiis Ameisii ego. Pleniorem codicis collationem ab ipso institutam nuper Gaisfordius evulgavit post Eclogas Stobaei Vol. II. p. 860. seqq.

Ars.] Arsenii codex Mosquensis, cuius apographum Ruhnkenius a Christ. Friderico Matthaei acceperat. Excerptis Wytttenbachii Gaisfordius usus est, quum ad locos bucolicos iam Valekenarius aliquot lectiones evulgasset. Constat autem Arsenium codicis Stobaei vice fungi.

Codices Schowii, opere non absoluto, ad locos bucolicos non pertinent praeter duos Theocriti, Id. I, 14—17. et x, 54. 55., neque magis alii quidam rarissime a Gaisfordio inspecti.

#### b) Eclogarum.

A.] Augustanus, nunc in bibl. Reg. Bavar., chart. sec. xv. Contulit Heerenius cum ed. Cant. et Gaisfordius cum ed. Heer.

E.] Escurialensis. chart. sec. xv. Collatione Tychseni (cum ed. Cant.) Heerenius usus est.

F.] Farnesinus in bibl. Reg. Neapoli a Capo di Monte, bomb. sec. XIII. Heerenius pauca inde enotavit. Hic ille Farnesinus esse videtur, quo olim F. Ursinus usus est.

H.] Harleianus nr. 6318. in Museo Britannico, chart., recentissimus. Lectiones inde excerptas Gaisfordius in Praef. evulgavit; contulerat autem cum sua ipsius editione.

P.] Parisinus nr. 2129., chart. sec. xv. Contulit in Heerenii usum amicus quidam; aliquot lectiones Grotius protulerat.

V.] Vaticanus nr. 201., chart. sec. XIV. vel xv. Contulit Heerenius cum ed. Cant.

### §. 9. Catalogus Editionum Antiquiorum.

Antiquiores editiones eas dicimus, quae usque ad a. 1604 lucem viderunt, quam post aetatem ullum Bucolicorum

editorem codicibus manuscriptis tacite usum esse nulla suspicio est. Enumeravimus autem omnes editiones, quas ex-  
tare certius compertum est; quas omnes (paucissimis excep-  
tis, quae infra asteriscis praefixis indicabuntur) meis ma-  
nibus ita trivi, ut partem diligentissime excusserim, partem  
ea cura, qua dignae esse videbantur, perlustraverim et oc-  
casione data inspexerim. De fontibus et pretio singularum  
editionum hoc loco non dixi nisi quae apertissima sunt,  
quum in ipsis antiquissimis et optimis iudicium pendeat a  
quaestione de familiis et auctoritate codicum manuscripto-  
rum instituenda. Titulos et subscriptiones antiquissimarum  
editionum religiosissime exscripsimus, in reliquis minore  
anxietate versati.

*Med.]* Liber sine titulo vel typographi subscriptione,  
*Theocr. I—XVIII.* et Hesiodi O. et D. continens. fol. —  
Hanc editionem *Mediolani* circa a. 1480 vel 1481 typis Boni  
Accursii impressam esse recentiores bibliographi consentiunt,  
quorum argumentis hoc addo, quod codex Gothanus, quem  
Rhosus Cretensis die 15. Octob. 1482 Venetiis absolvit, ex  
ipsa ed. *Med.* exscriptus esse videtur\*). — Collatio huius  
editionis cum *Comm. I.* extat inter copias *Dorvillianas*\*\*)  
*Codd. Dorv.* p. 71., unde *Gaisfordius* sumpsisse videtur,  
quae ex *Med.* attulit. Quasdam lectiones *Valckenarius*  
et *Wordsworthius* excerpterunt. Ipse contuli exemplar  
*Lugdunense*, cuius usum insigni *Iacobi Geelii* humanitati  
debeo.

*Ald.]* Τάδε ἐνεστι ἐν τῆδε τῆ βίβλω· Θεοκρίτου

\*) Praeter plurimas lectiones aliis pessimae familiae libris com-  
munes conferantur aliquot sphalmata solis *Mediolanensi* et *Gothano*,  
quantum cognitum est, peculiaris, ut 1, 60. αἱ μὲν pro αἱ κε, 64. ὡς  
pro ὡξ *Goth.* et ὡ *Med.*, *ibid.* θύρισδος pro Θύρισδος. Cuius gene-  
ris plura, nisi fallor, comparebunt, si quis codicem *Gothanum* accu-  
ratius excusserit.

\*\**)* *Dorvillius* editionem *Dem. Chalcondylae* contulisse sibi visus  
est, errore etiam *Valckenario* in *Praef.* et aliis communi, qui manavit  
ab exemplari *Lugdunensi*, quod eadem compage *Isocratem Mediolani*  
a. 1493 a *Chalcondyla* editum tenet.

εἰδύλλια τοῦτ' ἐστὶ μικρὰ ποιήματα τριάκοντα. τοῦ αὐτοῦ Γένος καὶ περὶ εὐρέσεως τῶν βουκολικῶν etc. (varia Gnomica et Hesiodica), tum in calce: *Impressum Venetiis characteribus et studio Aldi Manucii Romani cum gratia etc. M.CCCC.XCV. Mense februario.* fol. In Praef. ipse Aldus se editorem profitetur. — Extant autem duo genera exemplarium solis decem foliis 39. 40. 43—50. diversa, h. e. ternionis Z. F. bifoliis exterioribus 1. et 2. (quum medium bifolium 3. utrisque exemplaribus commune sit) et ternione Θ. G. toto. Iam si id genus exemplarium, quod aperte antiquius est, *Aldinam priorem* dicimus (*Ald. I.*), alterum vero *Aldinam alteram* (*Ald. II.*), haec insunt\*):

Ald. I.] Theocr. I—XVIII. Inc. I. Mosch. I. II. Inc. IV. Bion. I. Inc. II. III. VIII, 1—13. I, 35—fin. Theocr. XX, 1—44. 92—185. XVIII, 52—59. Inc. V. Syrinx. *Εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν. Γένος Θεοκρίτου. Περὶ εὐρέσεως τῶν βουκολικῶν.*

Ald. II.] Theocr. I—XVIII. Inc. I. Mosch. I. II. Inc. IV. Bion. I. Inc. II. III. VIII. Theocr. XX. Inc. V. Syrinx. *Εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν.*

Deinde si siglum *Ald.* iis tribuimus quae utrique communia sunt, *Ald<sup>a</sup>* vero et *Ald<sup>b</sup>* iis quae priori et alteri peculiariora, eae utriusque partes haec tenent:

Ald.] (fol. 1—38.) Theocr. I—XVIII. Inc. I. Mosch. I. II. — (fol. 41. 42.) Inc. II. III, 1—65.

Ald<sup>a</sup>] (fol. 39. 40.) Inc. IV. Bion. I. — (fol. 43—50.) Inc. III, 66. 67. VIII, 1—13. I, 35—fin. Theocr. XX, 1—44. 92—185. XVIII, 52—59. Inc. V. Syrinx. *Εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν. Γένος Θεοκρίτου. Περὶ εὐρέσεως τῶν βουκολικῶν.*

Ald<sup>b</sup>] (fol. 39. 40.) Inc. IV. Bion. I. — (fol. 43—50.) Inc. III, 66. 67. VIII. Theocr. XX. Inc. V. Syrinx. *Εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν.*

\*) Quum haec editio Theocriti inscriptione sua triginta idyllia Theocritea polliceatur, eamque secutae Gourm. et Lov., reliquae vero ante Steph. I. (excepta Iuntina) et quaedam etiam post hanc triginta sex, nihilominus idyllium Mosch. II., quod inter illa numeratum est, in iis omnibus inscriptionem *Μόσχον Ἐρωσ δακτύλιος* habet. Reliqua idyllia partim Theocriti partim nullum poetae nomen praescriptum habent.

Defectus carminum, qui sunt in Ald<sup>a</sup>, nullis indiciis significantur, reliquiis idylliorum Inc. VIII. I. tanquam in unum carmen coniunctis, nec minus idylliorum Theocr. XX. XVIII., quo fit ut etiam in Ald. I. triginta idyllia numerari potuerint. Apparet autem Aldum, quum parte exemplarium iam emissa detexisset, quanta oscitantia libri ultima pars ex codice lacunoso expressa esset (adeo in Ald. I. bis extant Theocr. XVIII, 52—59. et Inc. I, 35—fin.), reliqua exemplaria alius codicis manuscripti ope ita emendasse, ut quinque bifolia novaret, sed impensis parcens retineret, quaecunque bifolia sine graviore crimine retineri posse viderentur. Itaque ex Ald. I. in Ald. II. transiit non solum bifolium Z. F. 3., quanquam inter mutata medium, sed etiam titulus (qui est in primo folio primi quaternionis), quum *Γένος Θεοκρίτου* et *περὶ εὐρέσεως τῶν βουκολικῶν*, quae promittit, in Ald. II. desint, deinde index bifoliorum vocibus initialibus significatorum, qui extat post Gnomica in ultimo folio quaternionis Z. Z. ζ. ζ., quanquam Ald. II. partim diversa initia habet.

Utramque Aldinam contulit Reiskius, descripta simul in Praef. (partim minus accurate) diversitate exemplarium, quam sibi visus est primus detexisse, quum eandem prius Maittairius indicasset Annal. Typogr. Tom. I. p. 243 seqq. Appellavit autem Reiskius priorem *Ald. S.*, alteram *Ald. E.*, quia illius exemplar ex bibliotheca senatus Lipsiensis, huius ab Ernestio acceperat\*). Sola Ald. I. et Brunckius et Valckenarius ipsi usi sunt, alterius aliquot lectiones secundum Reiskium commemorantes, nec minus Dahlius, exemplar Rostochense, quod manibus versavit, cum *Ald. S.* Reiskii prorsus conspirare diserte testatus. Contra Bionis et Moschi editores Schwebelius et Schierius Aldinae II. exemplaria contulerunt. Inter copias et Sanctamandianas Vol. 21, 4. et Dorvillianas Codd. Dorv. p. 71. collationes Aldinae commemorantur; ad utram pertineant, non apparet. Sed qui hac tacite usus esse videtur Gaisfordius, nisi praecunte

---

\*) Ernestianum exemplar Aldinae II. carebat bifolio Z. F. 3. (ex Ald. I. retento), in quo sunt Inc. II. III, 1—65.

εἰδύλλια τοῦτ' ἐστὶ μικρὰ ποιήματα τριάκοντα. τοῦ αὐτοῦ Γένος καὶ περὶ εὐρέσεως τῶν βουκολικῶν etc. (varia Gnomica et Hesiodica), tum in calce: *Impressum Venetiis characteribus et studio Aldi Manucii Romani cum gratia etc. M.CCCC.XCV. Mense februario.* fol. In Praef. ipse Aldus se editorem profitetur. — Extant autem duo genera exemplarium solis decem foliis 39. 40. 43—50. diversa, h. e. ternionis Z. F. bifoliis exterioribus 1. et 2. (quum medium bifolium 3. utrisque exemplaribus commune sit) et ternione Θ. G. toto. Iam si id genus exemplarium, quod aperte antiquius est, *Aldinam priorem* dicimus (*Ald. I.*), alterum vero *Aldinam alteram* (*Ald. II.*), haec insunt\*):

Ald. I.] Theocr. I—XVIII. Inc. I. Mosch. I. II. Inc. IV. Bion. I. Inc. II. III. VIII, 1—13. I, 35—fin. Theocr. XX, 1—44. 92—185. XVIII, 52—59. Inc. V. Syrinx. *Εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν. Γένος Θεοκρίτου. Περὶ εὐρέσεως τῶν βουκολικῶν.*

Ald. II.] Theocr. I—XVIII. Inc. I. Mosch. I. II. Inc. IV. Bion. I. Inc. II. III. VIII. Theocr. XX. Inc. V. Syrinx. *Εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν.*

Deinde si siglum *Ald.* iis tribuimus quae utrique communia sunt, *Ald<sup>a</sup>* vero et *Ald<sup>b</sup>* iis quae priori et alteri peculiariora, eae utriusque partes haec tenent:

Ald.] (fol. 1—38.) Theocr. I—XVIII. Inc. I. Mosch. I. II. — (fol. 41. 42.) Inc. II. III, 1—65.

Ald<sup>a</sup>.] (fol. 39. 40.) Inc. IV. Bion. I. — (fol. 43—50.) Inc. III, 66. 67. VIII, 1—13. I, 35—fin. Theocr. XX, 1—44. 92—185. XVIII, 52—59. Inc. V. Syrinx. *Εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν. Γένος Θεοκρίτου. Περὶ εὐρέσεως τῶν βουκολικῶν.*

Ald<sup>b</sup>.] (fol. 39. 40.) Inc. IV. Bion. I. — (fol. 43—50.) Inc. III, 66. 67. VIII. Theocr. XX. Inc. V. Syrinx. *Εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν.*

\*) Quum haec editio Theocriti inscriptione sua triginta idyllia Theocritea polliceatur, eamque secutae Gourm. et Lov., reliquae vero ante Steph. I. (excepta Iuntina) et quaedam etiam post hanc triginta sex, nihilominus idyllium Mosch. II., quod inter illa numeratum est, in iis omnibus inscriptionem *Μόσχου Ἐρωσ δραπέτης* habet. Reliqua idyllia partim Theocriti partim nullum poetarum nomen praescriptum habent.

Defectus carminum, qui sunt in Ald<sup>ca</sup>, nullis indiciiis significantur, reliquiis idylliorum Inc. VIII. I. tanquam in unum carmen coniunctis, nec minus idylliorum Theocr. XL. XVIII., quo fit ut etiam in Ald. I. triginta idyllia numerari potuerint. Apparet autem Aldum, quum parte exemplarium iam emissa detexisset, quanta oscitantia libri ultima pars ex codice lacunoso expressa esset (adeo in Ald. I. bis extant Theocr. XVIII, 52—59. et Inc. I, 35—fin.), reliqua exemplaria alius codicis manuscripti ope ita emendasse, ut quinque bifolia novaret, sed impensis parcens retineret, quaecunque bifolia sine graviore crimine retineri posse viderentur. Itaque ex Ald. I. in Ald. II. transiit non solum bifolium Z. F. 3., quanquam inter mutata medium, sed etiam titulus (qui est in primo folio primi quaternionis), quum *Γένος Θεοκρίτου* et *περὶ εὐρέσειως τῶν βουκολικῶν*, quae promittit, in Ald. II. desint, deinde index bifoliorum vocibus initialibus significatorum, qui extat post Gnomica in ultimo folio quaternionis Z. Z. ζ. ζ., quanquam Ald. II. partim diversa initia habet.

Utramque Aldinam contulit Reiskius, descripta simul in Praef. (partim minus accurate) diversitate exemplarium, quam sibi visus est primus detexisse, quum eandem prius Maittairius indicasset Annal. Typogr. Tom. I. p. 243 seqq. Appellavit autem Reiskius priorem *Ald. S.*, alteram *Ald. E.*, quia illius exemplar ex bibliotheca senatus Lipsiensis, huius ab Ernestio acceperat\*). Sola Ald. I. et Brunckius et Valckenarius ipsi usi sunt, alterius aliquot lectiones secundum Reiskium commemorantes, nec minus Dahlius, exemplar Rostochense, quod manibus versavit, cum *Ald. S.* Reiskii prorsus conspirare diserte testatus. Contra Bionis et Moschi editores Schwebelius et Schierius Aldinae II. exemplaria contulerunt. Inter copias et Sanctamandianas Vol. 21, 4. et Dorvillianas Codd. Dorv. p. 71. collationes Aldinae commemorantur; ad utram pertineant, non apparet. Sed qui hac tacite usus esse videtur Gaisfordius, nisi praeunte

---

\*) Ernestianum exemplar Aldinae II. carebat bifolio Z. F. 3. (ex Ald. I. retento), in quo sunt Inc. II. III, 1—65.



Reiskio neque utramque Aldinam distinguit neque ex Ald<sup>o</sup> lectiones affert, nunquam in Bion. I. Inc. I. VIII., unde Reiskius abstinuit (quo fit ut ad Inc. VIII, 14—fin., quae in Ald. I. desunt, ne una quidem Aldinae lectio commemoretur); sed omnes Aldinae lectiones apud Gaisfordium, a Reiskio non evulgatae, ad Ald. I. pertinent excepta una Bion. I, 40. *περισμῆξω*, quam Bionis editoribus debere videtur. Mihi Ald. I. ex bibliotheca Dresdensi, Ald. II. ex Gottingensi suppetebat.

*Gourm.*] *Θεοκρίτου εἰδύλλια τοῦτ' ἐστὶ μικρὰ ποιήματα τριάκοντα.* *Venales reperiuntur in vico sancti Ioannis Lateranensis e regione cameracensis collegii apud Egidium Gourmont diligentissimum et fidissimum Bibliopolam.* (Parisiis) s. a. 4. — Librum Hieronymo Aleandro Graecas Aureliae litteras profitenti tanquam editor dedicat „*Celsus Hugo* dissutus cavillonus celta, earundem nec non et hebraicarum apud Parrhisios interpres.“ — Hanc editionem Brunetus ad a. 1507 vel 1508 refert, Fabricius Vol. III. p. 780. Harl. ad a. 1513, contra Weissgerberus Cur. Theocr. p. 33., ubi eam accurate descripsit, potius circa a. 1510 emissam existimat, quod Aleander per annos 1509—1511 Aurelii professoris munere functus sit. Continet eadem et eodem ordine atque Ald. II. Contulit primus Leichius, siglo P. usus, ad marginem editionis Oxon. 1676, quo libro Reiskius usus est. Eandem collationem Ernestius in exemplar Salamandrinae transscripsit, quod in bibliotheca Gottingensi asservatur, siglum P. rectius quam Reiskius de editione Parisina interpretatus, quod Leichius aliquo loco potius *Par.* scripsisset. Pertinent autem eae lectiones, ut comparatio docet, ad hanc Gourmontianam. Nuper ex eadem Wordsworthius quasdam lectiones excerptis, ad Theocr. xv, 1—32. Weissgerberus. Ipse exemplari Gottingensi usus sum.

*Iunt.*] *ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΒΟΤΚΟΛΙΚΑ.* In calce: *Theocriti castigatissima opera omnia, Florentiae impressa in aedibus Philippi iuntae finem nacta sunt. die. X. ianuarii M.D.XV. Leonis. X. pontifici magni anno tertio. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. Quaterniones omnes, praeter ultimum duernionem.* 76 foll. 8. Continent fol. 1. titulum, fol. 2. Graecam epistolam P. Philippi Pandulphini, fol. 3<sup>b</sup>. *Γένος Θεοκρίτου* et 3<sup>b</sup>. *Περὶ εὐ-*

ρέσεως τῶν βουκολικῶν, fol. 4<sup>a</sup>—73<sup>a</sup> carmina bucolica (inc. ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ ΘΥΡΣΙΣ Η ΩΔΗ ΕΙΣΤΑΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ; claudit Πέλεκτος in fol. 73<sup>a</sup>), fol. 73<sup>b</sup> Graecam epistolam Pauli Melae, fol. 74. subscriptionem supra exscriptam; fol. 75. 76. vacua sunt, nisi quod in ultima pagina insigne typographicum est\*). Editor fuit Euphrosynus Boninus et aliis subsidiis usus et codice quem Musurus correxerat\*\*). — Annus vero, quo liber absolutus

\*) Ita integerrimum exemplar bibliothecae Basileensis, quod manibus teneo, nisi quod ultimi duernionis duo bifolia, quae signatura ca-

rent, aperto errore in ordinem inversum collocata sunt (fol. 2. 1. 4. 3.), quem errorem supra tacite correximus. Simili sphalmate in eodem bifolia i iii et i iiiii locos mutarunt. In exemplari bibliothecae urticae Lipsiensis desunt fol. 2. et totus duernio extremus sive foll. 73—76. Verba „Theocriti castigatissima etc.“ Valckenarius in fronte operis extare tradit, calami festinantis, ut videtur, errore; in calce eadem legit Pilenius, ut sunt in exempl. Basil. — In utroque exemplari adhaeret cum nova signatura hic liber, quem eadem religione describo: ΗΣΙΟΔΟΣ Ο ΑΣΚΡΑΙΟΣ. In calce: Hesiodi castigatissima opera, Florentiae impressa in aedibus Philippi iunioris finem nacta sunt. die. XX. ianuarii M. D. XV. Leonis X. pontifici maximo anno tertio. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. Quaterniones omnes, excepto ultimo duernione. 84 foll. 8. In exempl. Lips. perierunt folium primum cum titulo et epistola Euphrosyni Bonini editoris et ultimum cum subscriptione. Insunt Hesiodi O. et D., Theog. et Scut., Theognis, Γνώμαι κατὰ στοιχείον ἐκ διαφόρων ποιητῶν, Στίχοι Σιβύλλας, Χρυσὰ ἐπη τοῦ Πυθαγόρου, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου γνώμαι.

\*\*) Intelligitur hoc ex epistolis Philippi Pandulini et Pauli Melae, quae Theocritum comitantur, et ipsius Bonini, quae Hesiodum. Ex prima excerptam, quae gravissima sunt: Π. Φίλιππος ὁ ἀλεξάνδρου πανθουλίφρονος εὐφροσύνης φιλορεντίνης — διατρίβων ἐνετίησι καὶ τῶν Μουσουργεῶν εἰς ὧν ἀκροατῶν, ἐνέτηχον ἀντιγράφῳ τινὶ τῶν Θεοκρίτου εἰδυλλίων. ἐπ' αὐτοῦ μουσούρου τῆς ἀκριβοῦς ἐπιδιορθώσεως ἀξιωθέντι καθ' ὃν χρόνον τοῖς ἐν παταβίῳ σχολασταῖς τὴν σαρκακονσίαν μοῦσαν φιλοφρόνας ἀναγνωρίζων τὲ καὶ ξεναγωγῶν οὐ μόνον ἐπηνώρθου τὰ πρὶν ἐντεπωθέντα, τοῖς ἐκεῖ σφάλμασι μυρίοις οὐσι καὶ δυσίατοις ὁμοίε χωρῶν, ἀλλὰ καὶ τιν' ἄλλα τῇ μὲν ποιημάτων, τῇ δ' ἐπιγράμματα Θεοκρίτου πασῶν μετὰ χαρίτων καὶ τῶν ἱσπλοκάμων ἔχονα μουσῶν προῆγεν εἰς φῶς. ἀναλεξάμενος ἐπὶ τινος ἀρχαιοτάτου βιβλίου, τὸ δ' ἐλάνθανεν ἀποκείμενον παρὰ Παύλῳ τῷ βουκεφάλῳ. τότε μὲν εὐφυνεῖ νεανίσκῳ τῶν εὐγεγονότων. νῦν δ' ἀνδρὶ γενναίῳ καὶ

sit, secundum nostram aeram potius 1516 intelligendum esse, Pileneius Praef. p. XII. his verbis docuit: „Agevolmente si mostra, che questo 10. Gennaio 1515 deve intendersi computato *ab Incarnatione* secondo lo Stile Fiorentino, e corrisponde a' 10. dell' anno detto communemente 1516, dapoché Leone X. fu creato Papa ai 25. Febbraio 1513, come riporta il Panvinio.“ — Insunt autem haec bucolica:

Theocr. I. VII. \*) III—VI. VIII—XIII. II. XIV—XVIII. XX.

πολλῶν ἐμπείρῳ πραγμάτων. τούτο δὴ τὰντίγραφον ἀποπέμπομεν τοῖς περὶ βέρναρδον τὸν φιλίππου χαλκογράφους πολλαπλασιασθόμενον. In sequentibus iniungit Bonino, ut codicem transmissum accurate exprimendum curet „μηδ' ὅτιοῦν καινοτομοῦντων τῶν δοκησιόφων διορθωτῶν. κ. τ. λ.“ — Secundam breviorē integram appono: Παῦλος μέλας ῥωμαῖος. II. Φιλίππῳ τῷ Ἀλεξάνδρου Πανδουλίφινου Φλωρεντίνῳ ἀνδρὶ ὀλοκλήρῳ εὐ πράττειν. Εὐφροσύνης βωνίνος ὡς ἀνῆρ (leg. ἀνῆρ ὡς) λέγεις σοφός τε κάγαθός λῖαν τε φιλόφιλος οὐπερ ἀκραοτῶν εἰς ὧν τυγχάνω, σοφοῦ ἀνδρὸς σοφὴν ἐδειξεν ἐπιστολὴν ἧς τὸ κάλλος θαμβήσας οὐκ ᾤκησα πολλάκις αὐτὴν ἀναγνῶναι. Ἔτι δὲ καὶ ἀρχέτηπον δεῖξας τινὰ προστάγμασι τῆς ἐπιστολῆς ἐκέλευσε κάμπαν με πείθεσθαι ὅπερ ποιεῖν οὐκ ἤξίωσα. ἀδέκαστον γὰρ ἀρχέτηπον ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Εὐφροσύνου ἀκριβῶς ἐπιδιορθωθῆν τῶν Θεοκρίτου ἔχουεν εἰδυλλίων. συγκρίναντες δὲ πολλοὺς, τὸν σὸν ἀσπασίως ἰδεξάμεθα σύμμαχον ἡμετέρῳ· τὴν μὲν αὐτῶν ὁμοιότητα, ἐπαινοῦντες· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, τῷ βωνίνου φρονήματι ἐπαρκοῦντες. Θάβῃφι φίλε οὐ γὰρ αὐτὸς δοκησιόφων διορθωτῶν εἰς ἔστιν ἀλλ' ὃς τῶν δοκησιόφων διορθωτῶν ἀλαζονείαν εὐθύνην εἰώθε. Ταῦτα τοίνυν φίλων ἄριστε ἢ οὕτως ἔχε ἢ ἀπόπεμπε, ἐξῆρωσο. — Postremo in praefatione Hesiodi haec leguntur: *Euphrosynus Boninus Iacobo diaceto amicorum optimo. S. P. D. — Theocritus mihi sese obtulit ardeo hic truncatus, hic graviter onustus, hic a scipso turpiter mutatus, ut non illum expolire, sed Theocritum Theocrito reddere necessarium esse dicere non dubitarim. Hunc demorso sepius ungue longisque lucubrationibus a veteri iam expurgavimus tabe. Nec non et Venetiis a Marco musuro recognitum exemplar nacti diligenter sane castigatum cum castigatissimo nostro conferentes talem ex tali reddidimus, ut merito de illo dici possit etc.* Apparet Boninum per epistolam Pauli Melae, discipuli sui et in typographeo ministri, arrogantiam Philippi Pandulfini lepide castigare. Ceterum codex, quem hic commemorat, Pauli Bucephalae Patavini idem esse videtur, quem Scholl. Wechel. ad Anthol. p. 43. ἀρχαιότατον ἀντίγραφον Παύλου τοῦ Βουκάρου ἐν Παταβίῳ appellant, vid. Var. Lect. ad Ep. xv.

\*) In exempl. Lips. quaternionis a duo folia ultima et quaternionis b primum, quae tria Id. VII. continent, tum quaternionis b ultimum,

XIX. Mosch. I. Theocr. XXIII, 1—25. XXI. Inc. VII. Theocr. XXII. Inc. VIII. IX. III. V. II. Bion I. *Εἰς νεκρὸν Ἀδωνιν.* Inc. I. Mosch. II. Inc. IV. *Θεοκρίτου Ἐπιγράμματα. Σύριγξ. Πτερόγιον. Πέλεκυς.*

Omnia Theocrito diserte adscribuntur vel tacite tribui videntur. Attamen quum binae paginae adversae **ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ** superscriptum habeant, is index deest inde a quaternionis *i* fol. 1<sup>b</sup>, ubi incipit Inc. I., nisi quod eiusdem quaternionis folia 2<sup>b</sup> 3<sup>a</sup> eundem receperunt super medio Inc. I. — Perturbationis aliquid spectatur in idylliorum numeris. Quum enim pleraque numero careant, primi titulo additum est *Εἰδύλλιον πρῶτον*, secundi (Id. VII.) *Εἰδύλλιον β΄.*, tertiidecimi (Id. II.) *Εἰδύλλιον Β.*, unetvicesimi (Mosch. I.) *Εἰδύλλιον Γ.*, noni vero (Id. X.) et idylliorum XIV—XVIII., quae hic eundem locum tenent, titulis praefixum *Εἰδύλλιον Κ. Ξ. Ο. Π. Ρ. Σ.* Qui numeri (excepto uno Id. VII., quod locum mutavit) prorsus eodem modo in Ald. leguntur, ubi Mosch I. vicesimum locum tenet. Apparet ea contra mentem editoris a typhoteta, cui Aldinae exemplar traditum esset, repetita esse, unde factum ut numeri *K. B. T.* adeo cum ordine Iuntinae pugnent. — Lectiones ex hac editione primus H. Stephanus aliquot protulit, plures Reiskius secundum Annotatorem Vimaricensem, deinde Valckenarius Roeveri exemplari usus, tum Gaisfordius tacite arrepta, nisi fallor, ea collatione, quae inter copias Dorvillianas extat (cum Heins.) Codd. Dorv. p. 71., postremo God. Hermannus ad ea carmina, quae tanquam Bionis et Moschi vel cum his edidit, eo

---

quod cum primo cohaerere debebat, solitaria sunt et a bibliopego glutine inserta. God. Hermannus post Bion. et Mosch. p. 89. de ea re (minus tamen accurate) referens hinc colligit editorem primo ordinem Aldinae sequi voluisse, sed libri parte iam impressa consilium mutasse. Attamen in exempl. Basil. bifolia a. i., a. ii. et b. i. integra sunt, neque ullum foliorum postea insertorum vestigium. Itaque in exempl. Lips. potius aliquis Id. VII., tanquam non suo loco positum, exsectis foliis translocaturus fuisse videtur. Neque Hermannus recte perturbationem illam, quae in idylliorum numeris est, ad mutatum editoris consilium traxit.

exemplari usus, quod in bibliotheca urbana Lipsiensi asservatur. Idem ipse diligentissime excussi; quae vero in hoc desunt, deprompsi ex exemplari Basileensi, quod Streuberi beneficio nuperrime nactus sum.

*Call.]* Τάδε ἐνεστιν ἐν τῇ παρούσῃ βίβλω· Θεοκρίτου εἰδύλλια ἑξ καὶ τριάκοντα. Τοῦ αὐτοῦ ἐπιγράμματα ἑννεακαίδεκα. Τοῦ αὐτοῦ πέλεκυς καὶ πτερύγιον. Σχόλια τὰ εἰς αὐτὰ εὐρισκόμενα ἐκ διαφόρων ἀντιγράφων εἰς ἓν συλλεχθέντα. In calce: Λέοντος μεγίστου ἀρχιερέως δεκάτου πάπα ῥώμης ὁσίως αὐτὴν οἰακονομοῦντος, καὶ τὸ παρὸν βιβλίον ἐν ταύτῃ οὐκ εὐνομίῳ χωρὶς τυπωθέν, πέρας εἴληφεν ἤδη σὺν θεῷ. ἀναλώμασι μὲν τοῦ λογίου ἀνδρὸς Κορνηλίου βενίγνου τοῦ οὐττερβιέως. πόνω δὲ καὶ δεξιότητι Ζαχαρίου Καλλιέργου τοῦ Κρητὸς. Μηνὸς Ἰανουαρίου μὲ. χιλιοστῶ πεντακοστῶ δεκάτῳ ἕκτῳ. (h. e. Romae impensis Cornelii Benigni, cura Zach. Calliergi d. 15. Ianuar. a. 1516.) 8. — Continentur hac editione:

Θεοκρίτου Γένος cum reliquis capitibus vulgo adhaerentibus, tum Theocr. 1—XVIII. Inc. I. Mosch. I. II. Inc. IV. Bion. V. Inc. II. III. VIII. Theocr. XX. Inc. V. *Εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν*. Σύριγξ. Theocr. XIX. Inc. IX. Theocr. XXI. XXII. XXIII, 1—25. Inc. VII. *Ἐπιγράμματα. Πέλεκυς. Πτερύγιον*, postremo Βωμός sine inscriptione. *Σχόλια*. Idylliis Theocr. 1—XVII. ὑποθέσεις praemissae sunt, Fistulae, Securi, Alis quaedam de metris. Raro in margine variae lectiones adnotatae sunt. Contulerunt Reiskius et Gaisfordius (inter copias Dorvillianas huius editionis collatio non commemoratur), alii inspexerunt; ipse exemplar Gottingense excussi.

*Lov.]* Θεοκρίτου Εἰδύλλια τουτέστι μικρὰ ποιήματα. Lovanii apud Theodoricum Martinum Alustensem. In calce: Lovanii apud Theodoricum Martinum Alustensem An. M.D.XX. Mense Februario. 4. — Eadem continet et eodem ordine atque Ald. II., nisi quod Syrius post carmen εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν transposita est; desunt carmina, quae in Iunt. et Call. accesserunt. Lectiones aliquot inde Dahlius attulit; ipse exemplari Dresdensi usus sum.

*Bas. I.] Θεοκρίτου — Πτερόγυιον* (ut in Call.). *Theocriti Idyllia, hoc est parva poemata XXXVI. Eiusdem Epigrammata XIX. Eiusdem Bipennis et Ala.* In calce: Ἐτυπώθη ἐν διασημοτάτῃ τῶν Ῥαυρακῶν Βασιλεία παρὰ Ἀνδραίᾳ Κρατάνδρῳ μηνὶ Σκιόφοροιῶνι, ἔτει δὲ ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῶ πεντακοσιοστῶ τριακοστῶ. (Basileae ap. Cratandrum, 1530.) 8. In Epistola Nuncupatoria editorem se profitetur *Albanus Torinus*. Insunt et in hac editione et in sequentibus ante Steph. I. eadem carmina et eodem ordine atque in Call. In margine aliquot variae lectiones additae. (De versione Eobani, quae vulgo adhaeret, vid. §. 10.) Exemplari usus sum, quod Amcisius possidet.

*Cam.] Θεοκρίτου — Πτερόγυιον* (ut in Call. et Bas. I.). In calce: ἐνετυπώθη ἐν ἀγανῶα παρὰ Ἰανῶ τῶ σεκερίῳ ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας. ἀ. φ. λ. (Haganoae ap. Ianum Secerium. 1530.) 8. Editor est *Ioachimus Camerarius*, ut apparet ex eius epistola Graeca operi praefixa. Idem addidit brevem praefationem et aliquot adnotationes (omnia Graece) cum variis quibusdam lectionibus, tum supplementa idylliorum Theocr. XIX. exit. et Inc. IX. init. De Eobani versione, quae vulgo adhaeret, vid. §. 10. Contulit Zieglerus; ipse exemplari Gottingensi usus sum.

*Sal.] Θεοκρίτου — Ala* (ut in Bas. I.). *Venetis apud Salamandram. M. D. XXXIX.* In calce: *Venetis in aedibus Bartholomaei de Zanettis. Anno a partu virginis M. D. XXXIX. 8.* — Prava editionis Bas. I. repetitio, unde ipsa praefatio Albani (hic *Labani*) Torini iterata est. Vulgo adhaerent Scholia cum eodem loci et anni indicio et in titulo et in subscriptione. Contulit Reiskius; ipse usus sum exemplari Gottingensi.

*Bunt.] Θεοκρίτου — Ala* (ut in prioribus). *Florentiae per Benedictum Iuntam. MDXXX. 8.* — Vitiosissima antecedentis repetitio sine scholiis et omissis praefatione atque (si recte memini) argumentis. Usus sum exemplari Dresdensi.

*Bas. II.] Θεοκρίτου — Ala* (ut in prioribus). *Praeter haec accessere Scholia utilissima Zachariae Calliergi, hactenus paucis visa. Basileae M. D. XLI.* In calce: *Basileae per*

*haeredes Andreae Cratandri. M. D. XLI. s.* — Editoris munere functus est *Hieronymus Gemusaeus*, ut ex eius Epistola Nuncupatoria colligitur. Editionis Bas. I. repetitio emendatior additis Scholiis.

*Farr.] Θεοκρίτου — Ala* (ut in praecedentibus). *Venetis ex Officina Farrea. MDXLIII. s.* Scholia, quae separato volumine continentur, in titulo eandem subscriptionem habent, praeterea in calce: *Venetis apud Ioannem Farream et fratres. Anno a partu Virginis MDXLIII.* — Ex Sal. ita est repetita, ut pagina paginae respondeat, sed mendis adeo auctis. Contulit Reiskius; ipse exemplar Gottingense inspexi.

*Wech.] Θεοκρίτου — Ala* (ut in prioribus sed omisis verbis „*τούτέστι μικρὰ π.*“ et „*hoc est p. p.*“). *Parisiis apud Christianum Wechelum sub scuto Basiliensi, in vico Iacobaeo: et sub Pegaso, in vico Bellovacensi M. D. XLIII. 4.* — *Γένος Θεοκρίτου* etc. et Hypotheses in unum corpus redacta ante Epigr. leguntur. Exemplar ab Ameisio accepi.

*Brub. I.] Θεοκρίτου — Ala* (ut in Bas. I.). Sed post Graecam inscriptionem additum: „*Μετὰ τῶν σχολίων Ζαχαρίου τοῦ Καλλιέργου πάνυ ὠφελίμων*“, tum post Latinam: *Praeter haec et Latina versio carmine non infeliciter reddita per H. Eobanum Hessum et Ioachimi Camerarii scholia non inerudita accessere. M. D. XLV. s.* — Camerarii praefatio, scholia et variae lectiones ex ed. Cam. post Scholia Calliergi addita sunt. Eobani Versio suum titulum habet, ubi *Francofurti ex officina Petri Brubachii M. D. XLV.* Contulit Zieglerus.

\* *Mor. I.] Theocriti idyllia gr. Eadem latino carmine expressa ab Eobano Hesso. Parisiis apud Guil. Morelium. 1550. 4.* — Hanc non vidi, neque ea quisquam editorum usus est. In Catalogo autem antiquo (a. 1560) librorum a Guil. Morelio impressorum ap. Maittair. Ann. Typogr. III. p. 443. liber illius inscriptionis non commemoratur, sed „*Theocriti selecta Edyllia. Graec. 4.*“ anno non indicato.

*Iam.] Theocriti idyllium primum annotationibus Frederici Iamotii illustratum. Parisiis apud Martinum Iuvenem. 1552. 4.* — Accepi e bibl. Gott.

*Brub. II.]* Iisdem titulis utitur quibus Brub. I. (nisi

quod Ζαχαρίου Καλλιέργου scriptum et Frankoforti) anno M. D. I. III. indicato. Eiusdem repetitio est raro mutata.

Brub. III.] Theocriti Idyllia sex et triginta, cum scholiis in octodecim priora etc., Annotatiunculisque in reliqua Guilielmi Xylandri. Eiusdem Theocriti Epigrammata, Bipennis et Ala. Francoforti per Petrum Brubachium. 8. — In Epistola Nuncupatoria, quae subscripta est „Basileae, pridie Calendas Septemb. Anno 1558.“ Guil. Xylander profitetur, se huic editioni et adfuisse et aliqua ex parte praefuisse. Scholia singulis idylliis subiecta sunt. In fine accedunt Camerariana ut in Brub. I. II. Contulit Reiskius.

Mor. II.] Θεοκρίτου — Ala (ut in Wech.). Parisiis M. D. LXI. apud Guil. Morelium in Graecis typographum Regium. 4. — Solum textum tenet sine prolegomenis et argumentis. Quum post H. Stephanum nemo editorum hanc editionem inspexisset, ipse usus sum exemplari Gottingensi.

Mek.] Moschi Siculi et Bionis Smyrnaei Idyllia etc. Brugis Flandror. Excudebat Hubertus Goltzius Anno M. D. LXV. 4. — Editor secundum epistolam praemissam est Adolphus Mekerchus. Insunt

1) Μόσχου Ειδύλλια: Mosch. II. Inc. VIII. I. Mosch. III. IV. Bion. X. Mosch. V.

2) Βίωνος Σμυρναίου Ειδύλλια: Bion. I. XII. IX. VIII. VI. et VII. (pro uno.) XV., praeterea Phanoclis elegia. Ex adverso posita est interpretatio Latina ad verbum, subiectae variorum versiones poëticae, singulis carminibus adnotationes additae. Accepi ex bibl. Gottingensi.

Steph. I.] Ποëταιe graeci principes heroici carminis et alii nonnulli. Fragmenta aliorum. Excudebat Henr. Stephanus. 1566. fol. — Insunt haec bucolica:

1) Θεοκρίτου τοῦ Συρακοσίου Ειδύλλια καὶ Ἐπιγράμματα: Theocr. I—XVIII. Inc. IV. II. III. Theocr. XX. Inc. V. Theocr. XIX. Inc. IX. Theocr. XXI. Inc. VII. Theocr. XXII. XXIII, 1—25. Εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν. Ἐπιγράμματα.

2) Μόσχου Ειδύλλια: Mosch. II. I. Inc. I. VIII. Mosch. III. IV. Bion. X. Mosch. V.



3) *Βίωνος Σμυρναίου Ειδύλλια*: Bion. I. XII. IX. VIII. VI. et VII. (pro uno.) XV. IV. XIV.

4) *Σύριγγ*. (Theocriti vel Simmiae) *Σιμμίου: Πέλεκυς, Ψόν, Βωμός, Πτεφύγιον*.

Ad marg. variae lectiones additae sunt, in Praef. p. XXXIX seqq. adnotationes quaedam criticae. Contulit Reiskius.

*Urs.*] *Carmina novem illustrium feminarum etc. Ex bibliotheca Fulvii Ursini Romani. Antverpiae ex officina Christophori Plantini. M. D. LXVIII. 8.* (Privilegium tamen Philippi regis datum est Bruxellae Anno M. D. LXVI. postremo Octobris). Insunt p. 233 sqq.

1) *Βίωνος τοῦ Σμυρναίου Βουκολικά*: Bion I. XVII. Inc. VI. Bion. IX. XII. VIII. XVIII. X. XV. VI. et VII. (pro uno.) XI. XVI. III. IV. II. XIV.

2) *Μόσχου Συρακουσίου Βουκολικά*: Inc. I. Mosch. I. Inc. VIII. Mosch. II—VI.

Accedunt Laurentii Gambarae interpretatio Latina hexametris concepta et adnotationes quaedam. Paulo ante Ursinus Bionea XVI. XVII. e Stobaei Eclogarum cod. Farn. primus evulgaverat in hoc libro: „*Virgilius collatione scriptorum Graecorum illustratus, opera et industria Fulvii Ursini. Antverpiae ex off. Christoph. Plantini. M. D. LXVIII.*“, sed in calce *M. D. LXVII. mense Novembri.*“, cuius exemplari Gottinensi usus sum.

*Crisp.*] *Τὰ σωζόμενα τῶν παλαιοτάτων ποιητῶν Γεωργικά, Βουκολικά καὶ Γνωμικά, παρὰ Κρισπίνω. α φ' ξ θ'.* (1569. Genevae). 16. Voluminis pars secunda hunc titulum habet: *Βουκολικά Θεοκρίτου* etc. (et Latine) *Theocriti, Simmiae, Moschi et Bionis Eidyllia et Epigrammata quae supersunt, omnia Graecolatina et exposita. παρὰ Κρισπίνω α φ' ο'* (1570). Moschus et Bion novam paginarum numerationem habent et suum titulum hunc: *Ειδύλλια Μόσχου Συρακουσίου καὶ Βίωνος Σμυρναίου, Interpretatione Latina ad verbum et Scholiis illustrata. Apud Crispinum. M. D. LXIX.* — Insunt:

1) Theocriti: Theocr. I—XVIII. Mosch. I. Inc. IV. II. III. Theocr. XX. Inc. V. Theocr. XIX. Inc. IX. Theocr.

XXI. Inc. VII. Theocr. XXII. XXIII, 1—25. *Εἰς νεκρὸν Ἀδωνιν. Σύριγξ. Βωμός. Ἐπιγράμματα.*

2) Simmiae: Ὠόν, Πτερόγιον, Πέλεκυς cum expositione Cl. Auberii.

3) Moschi: Mosch. I. Inc. VIII. I. III. IV. Bion. X. Mosch. V. VI.

4) Bionis: Bion. I. XII. IX. VIII. VI. et VII. (pro uno.) XV. IV. XIV., tum (secundum Ursin. Virg. illustr.) XVII. XVI.

Interpretatio Latina ex adverso posita est; accedunt aliquot adnotationes criticae et exegeticae. Exemplari usus sum, quod ipse possideo.

*StephEp.] Epistolia, Dialogi breves, Oratiunculae, Poemata ex variis utriusque linguae scriptoribus. Anno M. D. LXXVII. Excudebat Henr. Stephanus. S. — Insunt pag. 161 sqq. Theocr. VIII. IX. Inc. IV. Mosch. III. IV. V. Bion. XII. IX. VIII. VI. et VII. (pro uno.) X. XVII. Εἰς νεκρὸν Ἀδωνιν, deinde pag. 254 seqq. eorundem carminum versiones poëticae partim ipso H. Stephano interprete partim aliis.*

*Steph. II.] Theocriti aliorumque poëtarum Idyllia. Eiusdem Epigrammata. Simmiae Rhodii Ovum, Alae, Securis, Fistula. Dosiadis Ara. Omnia cum interpretatione Latina. In Virgilianas et Nas. imitationes Theocriti Observationes H. Stephani. Excudebat Henricus Stephanus. Anno M. D. LXXIX. 16. — Insunt:*

1. 2.) Theocritea et Moschea ut in Steph. I., sed addito in fine Mosch. VI.

3) Bionica: Bion. I. XII. IX. VIII. VI. et VII. (pro uno.) XVII. XVI. XI. III. XVIII. II. XV. IV. XIV. Inc. VI. (hoc sine versione Latina).

4) Simmiae Ὠόν, Πτερόγιον, Πέλεκυς, Σύριγξ., Βωμός, qui in titulo libri Dosiadis dicitur.

5) Poëmata varia poëtarum Graecorum.

6) Observv. in imitt. Virg. et Nass. Prolegomenis aliquot emendationes additae sunt. Versio est pedestri oratione concepta; sed praeterea Bioniorum et Moscheorum variae imitationes poëticae subiectae sunt. — Contulit A. Iacobsius.

*Wit.] Theocriti Idyllia hoc est parva Poëmata XXXVI. Witebergae. Exc. Zach. Lehman. M. D. LXXXII. S. — Mala*

editionis Brub. II. repetitio (omissis, quae titulo non indicantur).

*Vign. I.] Τὰ — Γνωμικά* (ut in Crisp.). *Accessit huic editioni Is. Hortiboni Theocriticarum Lectionum libellus. παρὰ Ε. Ουιγνῶνι. ἀφ' ἑδ'.* (ap. Vignonem Genevae 1584). Secundae partis hic titulus: *Θεοκρίτου — exposita* (ut in Crisp., sed post „supersunt“ additis „cum Musaei poëmatio“ sine bibliopolae nomine et anno. Iisdem titulus Bionis et Moschi caret, ubi Crispinianis additum est „*itemque Musaei elegantissimum poëma de Herone et Leandro.*“ Accessit (cum praecedentibus Theocriti etc. continuata paginarum numeratione coniunctus) *Isaaci HortiBoni Theocriticarum Lectionum libellus*, cuius praefationem Is. HortusBonus (Cassaubonus) subscripsit vi. Idus Augusti M. D. LXXXIV. — Crispinianae repetitio aucta et emendata; Eustathius enim Vignonus Crispini et gener et successor fuit. Post Theocriti Epigr. addita sunt „carmina quaedam hactenus desiderata ad finem *Παιδικῶν*, sumpta ex Notis Is. Hortiboni ad D. Laërtium“, h. e. Theocr. xxiii, 26—fin\*). Bionea aucta sunt et in alium ordinem redacta hunc: Bion. I. XII. IX. VIII. VI. et VII. (pro uno.) XI. III. XVIII. II. XV. IV. XIV. Inc. VI. Bion. XIII. XVII. XVI. Ex quibus Bion. XIII. a prioribus neglectum erat.

*Vulc.] Moschi Syracusii, Bionis Smyrnaei Idyllia. A Bonaventura Vulcanio totidem numeris Latine reddita. Antverpiae apud Christophorum Plantinum. M. D. LXXXIV. 16.* (Vulcanii Callimacho adhaerere solet, in cuius titulo Moschus et Bion commemorantur.) — Insunt eadem et eodem ordine atque in Steph. II. Additae sunt variorum metricae versiones et Vulcanii notulae quaedam.

\* *FMor.] Theocriti Idyllia aliquot, Graece, in quibus quae ad hanc usque diem desiderabantur, vetustorum exemplarium ope restituta sunt. Apud Fed. Morellum. (Lutetiae 1585.) 4. —*

\*) *Isaaci HortiBoni Notae ad Diogenis Laertii libros etc. Morgüs Venundantur in Officina Typographica Ioannis le Preux, Illustr. D. Bern. Typog. M. D. LXXXIII. 8., ubi pag. 79. 80. ex codice Francisci Porti illi versus primum in lucem protracti sunt. Librum accepi ex bibl. G ottingensi.*

Ita Maittairius Annal. Typogr. III. p. 793., unde omnis eius libri cognitio fluxit\*). Continet autem secundum ea, quae ex praefatione exseripsit\*\*), partem idylliorum cum supplementis, haud dubie spuriiis.

*Comm. I.] Theocriti Syracusii Idyllia et Epigrammata cum mss. Palat. collata. Moschi, Bionis, Simmii opera quae extant. Iosephi Scaligeri et Isaaci Casauboni Emendationes seorsim dantur. E Typographio Hieronymi Commelini. Cl. Id. CIII. 8. Adhaerent: Iosephi Scaligeri Iulii Caesaris f. Emendationes ad Theocriti, Moschi et Bionis Idyllia. Isaaci Casauboni Theocriticarum Lectionum libellus. Typis Hieronymi Commelini Cl. Id. XCII. 8. Sed Casauboni liber novam numerationem et suum titulum habet: Isaaci Casauboni Theocriticarum Lectionum libellus. Editio altera uberior et melior. Ex typographeio Hieronymi Commelini. Cl. Id. XCVI. 8. — Editoris munere Fr. Sylburgium functum esse, qui eodem anno diem supremum obiit, Ebertus suspicatur. Neque editio tali viro indigna est; nescio tamen cur dubitetur, quin Commelinus, vir Graecis litteris eruditus et in codicibus Palatinis conferen-*

\*) Apud Fabric. III. p. 787. Harl. commemoratur liber „Theocr. idyllia quaedam cum Orphei prognosticis interprete Io. Ant. Baifio graec. lat. Paris. apud Morel. 1586. 4.“ De Orphei Prognosticorum illa editione satis constat, quo cum libro Theocritus Morelianus anni 1585 in unam compagem iunctus fuisse videtur.

\*\*) Φεδερίκος φιλοθεοκρίτω χάρειν. Οὐ πάντα τὰ τοῦ Θεοκρίτου εἰδύλλια χαρίζεται σοι ταύτη ἡ ἐκδοσις ἡμετέρα, ἀλλάγε τὰ μέχρι νῦν ἔλλιπῆ (scil. Ἡρακλῆσος, Ἐγκώμιον εἰς Πτολεμαῖον, Χάριτες, Ἡρακλῆς λιοντοφόρος, Ὀαριστὺς, Μόσχον Ἐπιτάφιος Βίωνος) ἐκτελῆ ταῦτα παρέχει — χάριτι καὶ καλοκαγαθίᾳ τοῦ Φραγκίσκου Ῥουπιφουκαλδίου Κλαρομοντανῶν ἐπισκόπου, ὅστις ἐν τῇ πρὸς Ἰταλίαν ἀποδημίᾳ παρὰ τοῦ Νικολάου Μαιωρανοῦ παράδειγμα χειρόγραφον τῶν δ' πληρωμάτων παρέλαβε, καὶ δὴ καὶ τούτων ἀντίγραφον ἀνίων ἐμοὶ ἔδωκεν. — τοὺς δὲ Ἰωαχίμω τὰ τοιαῦτα προσάπτοντας ἔφη πολλὰ χάρειν εἶσεις etc. Quum ipsa praefatio quatuor supplementa commemoret, neque unquam de idylliis Theocr. XVI. XVII. tanquam mancis ulla suspicio fuerit, nihil fere dubito, quin haec a Maittairio male inter suppleta referantur, reliquorum vero quatuor Theocr. XIX. Inc. IX. VII. I. supplementa eadem sint, quae Scaliger e codice Castanei protulit, partim Musuro et Ioachimo Camerario debita. Ceterum Harlesius ad Fabric. III. p. 787. ex Maittairio omnia perversissima retulit.

dis sedulus, ipse eius curam sustinuerit. Carmina eadem continet et eodem ordine atque Steph. II., nisi quod post Theocr. Epigr. pro appendice accessit altera pars idyllii Theocr. XXIII., interim a Casaubono protracta. Versio Latina ex adverso posita est. Exemplari usus sum Dresdensi.

*Lips.] Theocriti Eidyllia etc. (ut in Wit.) Pindari Argonautica. Cum expositione grammatica de ore Michaelis Neandri excepta. 1596. Impensis Iacobi Apelii. (Lipsiae). — Textus ex vitiosissima Wit. vitiosius repetitus est.*

*Vign. II.] Τὰ σωζόμενα etc. ut in Vign. I., (cuius mera est repetitio). Apud haer. E. Vignon. M. DC. 16.*

*\*Prev.] Θεοκρίτου Ειδύλλια ἕξ καὶ τριάκοντα, Ἐπιγράμματα ἑννεακαίδεκα, πέλεκος καὶ πτερυγιον. Paris. ex typographia Steph. Prevosteau. 1600. 4. Ita Maittaireius Ann. Typogr. indic. p. 282., cui soli huius editionis cognitio debetur. Videtur autem Morelianae II. repetitio esse, quum Steph. Prevosteau Guil. Morelii et gener et successor fuerit.*

*Comm. II.] Θεοκρίτου τοῦ Συρακουσίου Ειδύλλια καὶ Ἐπιγράμματα. Μόσχου Συρακουσίου, Βίωνος Σμυρναίου, Σιμμίου Ῥοδίου τὰ σωζόμενα. Omnia cum interpretatione Latina. Accedunt Notae et Emendationes Iosephi Scaligeri, Isaaci Casauboni, Danielis Hemsii in Theocritum. In bibliopolio Commeliniano. CI) I) CIII. 8. — In volumine Dresdensi, quod manibus verso, titulus ille errore quodam bibliopegi post titulum libri Heinsiani insertus est. Continet autem idem volumen quinque partes titulis et paginarum numeratione discretas:*

1) *Σχόλια εὐρισκόμενα εἰς τὰ Θεοκρίτου Ειδύλλια. Ex officina Commeliniana. MDCI. (curante Abrahamo Sculteto). 2) Theocriti Syr. Idyllia etc. E Typographio Hieronymi Commelini. Anno CI) I). Haec omnia ut in Comm. I., sed parte folii olim laesa perierunt, quae ultra posita erant, atramento vero additum est CIII., ut anni numerus 1603 compareat. 3) Danielis Heinsii Emendationes et Notae in Theocriti Idyllia Bucolica. In Bibliopolio Commeliniano. CI) I) III 4) Is. Scaligeri etc. CI) I) XCVI., et 5) Is. Casauboni etc. CI) I) XCVI., utroque titulo a Comm. I. nihil differente.*

Hoc eodem volumine Dresdensi iustum exemplar editionis Commelinianae secundae contineri idque a se accuratissime descriptum esse Ebertus in Lex. bibliogr. affirmavit\*). Nihilominus vix dubito, quin bibliographus celeberrimus a vero aberraverit. Qui primum anni numerum 1603 in titulo eius partis, quae textum continet, ne verbo quidem in suspicionem vocavit. Hunc vero male suppletum esse pro  $\text{CIC IO[XCVI.]}$ , non solum e tituli quibusdam indicibus\*\*) colligitur, sed etiam ex ipsius libri natura. Quum enim Reiskius Praef. p. xxv. disertissimis verbis profiteatur, se solummodo minore Heinsii editione usum esse, quam Commelinus a. 1603 in forma octava curaverit, caruisse autem altera anno post insecuta in forma quarta, idem ex illa ipsa lectiones aliquot profert, quae a Dresdensi exemplari, de quo agimus, absunt\*\*\*), pleraeque editioni Heinsianae a. 1604 communes. Contra illud cum Comm. I. per hanc partem lectione ubique conspirat, affirmante etiam Eberto. Quae quum ita sint, non dubito affirmare, exemplaris illius Dresdensis partem, quae textum continet, a genuina editione a. 1603, qua Reiskius usus est, diversam esse; affirmarem etiam eandem ex editione a. 1596, typis non iteratam, in id volumen transisse, nisi Ebertus testaretur eam revera iteratam impressionem esse, cui satis confidenter obloqui nequeo, quia mihi non contigit, ut editionem a. 1596

\*) „Auf diese Angabe der bisher stets bibliographisch ungenau erwähnten Ausgabe kann man sich verlassen. Der Text des Theokrit ist unveränderter, wiewol wirklich neuer Abdruck der vorigen Ausgabe, und Heinsius hatte an ihm keinen Theil.“

\*\*) Primum, si hic titulus ad annum 1603 pertineret, non solum Scaligeri et Casauboni libri commemorati esseht, sed etiam Heinsianus, praecipuum novae editionis ornamentum. Deinde, Hieronymo Commelino a. 1598 mortuo, pro verbis „E Typographio Hieronymi Commelini“ potius positum esset „In Bibliopolio Commeliniano“, ut est in utroque titulo certius annum 1603 prae se ferente, nec minus in titulo editionis a. 1604. Eo tempore bibliopolium Iohannis Commelini erat.

\*\*\*) Sufficiens haec exempla: I, [86.]  $\mu\acute{\alpha}\nu$  ( $\mu\acute{\epsilon}\nu$  Dr.), II, 75.  $\acute{\alpha}$  ( $\acute{\alpha}$  Dr.), 93.  $\delta\acute{\omega}\lambda\alpha$  ( $\delta\acute{o}\lambda\alpha$  Dr.), III, 45.  $\acute{\omega}\rho\epsilon\sigma\iota$  ( $\acute{o}\eta\tau\epsilon\sigma\iota$  Dr. Heins.), XI, 10.  $\kappa\iota\acute{\kappa}\acute{\iota}\nu\omicron\iota\varsigma$  ( $\kappa\iota\acute{\kappa}\acute{\iota}\nu\omicron\iota\varsigma$  Dr. Heins.).

et dubium illud exemplar simul penes me haberem. Si Ebertus vere dixit, conici potest eam iterationem a. 1597 vel 1598, vivo etiam tum Hieronymo, factam esse. — Hoc satis probabile videtur, libros Scaligeri et Casauboni editioni a. 1603 ex prima editione, exemplaribus nondum dividendis, additos esse. Neque minus recte Ebertus statuere videtur, Scholia a. 1601 eiusdem partem habitam esse eam, de qua Heinsius in Praef. Emendationum a. 1584 dicit: „editioni nostrae et Graecus interpret accessit.“ Itaque, si recte iudicavimus, volumen illud Dresdense a iusta editione a. 1603 sola ea parte differt, quae textum continet, id quod bibliopolae alicuius fraude factum esse videtur, qui huius exemplar relictum novae editionis specie meliore pretio vendere vellet; idem anni numerum consulta fraude falsaverit. Ceterum voluminis ligaturae anni numerus 1616 impressus est. — Verbis modo allatis Heinsius totam editionem sibi vindicat, non solum Emendationum librum adiectum; eundem Reiskius editorem agnoscit. Attamen in titulo generali non nominatur tanquam editor, neque profecto textus in hac editione constitutus magis ad eum pertinuerit quam in sequente\*).

\*) D. Heinsius in Praef. ad Lectiones suas, qualis est in editione a. 1601, de priore earundem editione his verbis conqueritur: „Biennium fere est etc. Prodierunt interea Heidelbergae Notae nostrae, sicut eas e schedis meis exscripseram, sed ita corrupte, ita mendose a mercenariis hominibus extrusae, ut nihil fere meum in libello agnoscerem et ipse typographus ὁ ἐργοδότης, ex aequo ad se ignominiam spectare ratus, omnia suppressere exemplaria iusserit novamque continuo editionem cum aliorum nostrisque multo uberioribus sit molitus.“ In eiusdem libri fine p. 431. indicat, idylliorum Latine redditorum, quae libro Emendationum sive Lectionum Theor. adhaerent, in priore editione et inde (gravi sane ipsius Heinsii negligentia) etiam in secunda aliquoties versus unum et alterum praetermissum esse. Quae opprobria quum aperte ad solum librum Lectionum pertineant, in litteris ad El. Putschium datis d. 22. Mart. 1604 (cf. Fabric. III. p. 788.) similem in modum de tota editione Theocriti loqui videtur: „brevi Theocritum missurus, qui eadem forma (h. e. in 4.) — excuditur. Ita videlicet Germani vestri nobiscum, si diis placet, egerunt, ut remedium statim a nova editione petendum sit. Nescio an editionem Heidelbergensem videris; exemplaria enim omnia his undinis suppressenda Cou-

*Heins.] Theocriti, Moschi, Bionis, Simmii quae extant cum Graecis in Theocritum Scholiis et Indice copioso. Omnia studio et opera Danielis Heinsii. Accedunt Iosephi Scaligeri, Isaaci Casauboni et eiusdem Danielis Heinsii Notae et Lectiones. Ex Bibliopolio Commeliniano. M. D. CIIII. 4.* — Continet haec editio eadem carmina et eodem ordine atque Comm. 1. Versio Latina in margine posita, Scholia post minores idylliorum partes interserta. Heinsii liber, qui hic „Σχολαὶ Θεοκριτικαὶ sive Lectionum Theocriticarum Liber Unus,“ multo uberius et emendatius est quam in editione priore. Idem et inscriptione et praefatione totius operis se editorem profitetur. Attamen in textum ex Heinsii coniecturis ab ipso maxime commendatis, adeo e codicum lectionibus ab eodem probatis nihil receptum est, quin iam in Comm. 1. reperitur. Unde apparet in textu huius editionis constituendo Heinsium nullas partes habuisse; nimiae enim modestiae crimen a viro alienissimum esse constat. Scholia se obiter emendasse in Praef. ipse profitetur.

Pro appendice commemoro antiquissimas Anthologiae Planudeae et Stobaei editiones, quibus usus sum.

*Flor.] Ἀνθολογία διαφόρων ἐπιγραμμάτων etc.* In calce: *Impressum Florentiae per Laurentium Francisci de Atopa venetum III idus augusti M CCCC LXXXVIII. 4.* Subscriptio cum ultimis foliis deest in utroque exemplari bibliothecae Regiae Hannoveranae, quo usus sum. Sequentes Planudeae editiones non ad manus fuerunt praeter Wecheliana Francof. 1600. fol.

*Trinc.] Ioannis Stobaei collectiones Sententiarum. MD. XXXVI.* In calce: *Venetis in aedibus Bartholomaei Zanetti Casterzagensis, aere vero et diligentia Ioannis Francisci Trincaveli. Anno a partu Virginis M. D. XXXV. Mense Februarii. 4.* Ipse possideo.

*Gesn. I.] Ioannis Stobaei Sententiae etc. a Conrado Gesnero*

---

melinus curavit. Nunquam vidisti facinus impudentius; nihil foedius, aut in quo maioris negligentiae specimen typographi dederint.



in *Latinum sermonem traductae. Tiguri Excud. Christoph. Fro-*  
*schoverus A. M. D. XLIII. fol.*

*Gesn. II.] Ioannis Stobaei Sententiae etc. (ut in Gesn. I.)*  
*Basileae. In calce: Basileae ex off. Ioannis Oporini, sumpti-*  
*bus Christophori Froschoveri M. D. XLIX. fol. — Haec editio*  
*intelligenda est, ubi siglo Gesn. usi sumus. In Tit. LXIII.*  
*(LXI.) περι Ἀφροδίτης πανδήμου post nr. 29. complura poë-*  
*tica habet, quae quum inde in sequentes editiones transis-*  
*sent, a Gaisfordio eiecta sunt, quia desunt in Trinc. Gesn.*  
*I. et codicibus, haud dubie a Gesnero addita, qui in Praef.*  
*ed. II. profitetur, se passim adiunxisse Corollaria quaedam*  
*ex Graecis libris collecta. In eorum numero haec bucolica*  
*leguntur: Inc. IV. Theocr. XIII, 67. 68. (inde ab ὁ δ' ἄ). XIV,*  
*50—56. XII, 15. 16. Mosch. I, 74—76. Theocr. XXIII, 22—*  
*24. (inde ab ὁ δέ τοι). Inc. VII, 18. Theocr. VIII, 60—63.*  
*XII, 1. 2. 10. 11. Mosch. II. Theocr. XI, 1—3. (usque ad*  
*περιόδου). 13 (ab ὁ δὲ τὰν) — [16.], omnia tanquam The-*  
*ocriti praeter Mosch. II. Gesnerus in his editione Bas. II.*  
*usus esse videtur praeterquam in Mosch. II., quod carmen*  
*potius ex Anthologiae aliqua editione exscriptum. Sequen-*  
*tes editiones antiquiores Florilegii Stobaeani non consului.*

*Cant.] Ioannis Stobaei Eclogarum libri II., quorum prior*  
*physicas, posterior ethicas complectitur, nunc primum graece*  
*editi interprete Guil. Cantero. Ex bibl. I. Sambuci. Antverpiae.*  
*ap. C. Plantinum. 1575. fol. Secundum Praef. textum Grae-*  
*cum potius Sambucus curavit quam Canterus.*

## §. 10. Versiones Latinae antiquiores.

### a) Poëticae.

*Philet.] Septem priorum Theocriti idylliorum imitatio*  
*poëtica in libro sine titulo vel subscriptione, sine signatura*  
*et paginarum numeratione 20 foll. 4. In pag. 1. est Phi-*  
*leticus de vita Theocriti in libro de poetis antiquis (carmen ele-*  
*giacum), tum pag. 2. Phileticus invicto Principi Federico duci*  
*Urbinate (dedicatio elegiaca). Pag. 3. incipit „Theocritus scri-*  
*psit, Phileticus Latinum fecit. Bucolicum carmen. Res acta Sy-*  
*racusis.“ Claudit librum Philetici carmen distichis conce-*  
*ptum ad Eucharium Argirion impressorem, h. e. Eucharium*

Silber al. Franck Romae. Hanc editionem principem neque Ebertus commemorat neque Brunetus, sed Hainius Reperit. Bibliogr. nr. 15478. Quum Eucharius Silber iam a. 1478 libros impresserit, Fredericus vero dux Urbinas d. 16. Nov. a. 1482 mortuus sit, certum videtur hunc librum ante a. 1483 lucem vidisse. Exemplar nactus sum ex bibl. Gottingensi.

—] \* *Theocriti Bucolica per Phileticum e Graeco traducta.* (Acced. Hesiodi Georgica per Nicolaum de Valle. Hesiodi Theogonia per Boninum Mombrinium.) s. l. et a. 4. (typis Bernardini de Vitalibus Venetiis circa 1490).

—] \* *Theocriti Bucolica etc.* (ut praec.) In calce: *Impressum Venetiis per Bernardinum Venetum de Vitalibus Anno domini M. CCCC. XCIX.* 4.

—] *Theocriti bucolicum sive potius Aepolicum carmen a Philetico traductum atque ab Ascensio elucidatum. Parisiis* (I. Petit). 1510. 4. Exemplari Dresdensi usus sum.

—] *Theocriti Siracusii εἰδύλλια septem priora a Philetico in Latinum carmen traducta.* In calce: *Excusum Daventrie impensa Alberti Pafraetvii. Idus Octobres M. D. XII.* 4. Exemplar Gottingense inspexi.

*Eob.]* \* *Theocriti Syracusani Idyllia triginta sex latino carmine reddita Helio Eobano Hesso interprete. Haganae per Ioan. Secerium anno XXX. (1530) mense Novembri.* 8. Haec versio pro altero tomo editionis Cam. est.

—] *Theocriti — Eobano Hesso interprete* (ut in praec.). *Accesserunt recens Theocriti genus ac vita. De inventione ac discrimine Bucolicorum carminum. Item singulis Eidylliis singula argumenta a quodam Graece Latineque erudito latinitate donata. Excudebat And. Cratander An. M. D. XXXI.* In calce: *Basileae ex aedibus Andreae Cratandri mense Septembri An. M. D. XXXI.* 8. In fine variae lectiones editionis Cam., quae in Bas. I. desunt, congestae sunt. Exemplari usus sum Ameisiano, quod eadem compage cum Bas. I. continetur.

—] \* *Theocriti — Eobano Hesso interprete etc.* (ut in praec.) *Parisiis apud Iacobum Bogardum. 1546.* 12.

Praeterea Eobani versio addita est editionibus Brub. I. 1545,\* Mor. I. 1550. et Brub. II. 1553., vid. supra §. 9. In

in Latinum sermonem traductae. Tiguri Excud. Christoph. Froshoverus A. M. D. XLIII. fol.

Gesn. II.] *Ioannis Stobaei Sententiae* etc. (ut in Gesn. I.) *Basileae*. In calce: *Basileae ex off. Ioannis Oporini, sumptibus Christophori Froshoveri M. D. XLIX.* fol. — Haec editio intelligenda est, ubi siglo *Gesn.* usi sumus. In Tit. LXIII. (LXI.) *περὶ Ἀφροδίτης πανδήμου* post nr. 29. complura poëtica habet, quae quum inde in sequentes editiones transissent, a Gaisfordio eiecta sunt, quia desunt in Trinc. Gesn. I. et codicibus, haud dubie a Gesnero addita, qui in Praef. ed. II. profitetur, se passim adiunxisse Corollaria quaedam ex Graecis libris collecta. In eorum numero haec bucolica leguntur: Inc. IV. Theocr. XIII, 67. 68. (inde ab ὁ δ' ᾶ). XIV, 50—56. XII, 15. 16. Mosch. I, 74—76. Theocr. XXIII, 22—24. (inde ab ὁ δέ τοι). Inc. VII, 18. Theocr. VIII, 60—63. XII, 1. 2. 10. 11. Mosch. II. Theocr. XI, 1—3. (usque ad *περιίδεις*). 13 (ab ὁ δὲ τὰν) — [16.], omnia tanquam Theocriti praeter Mosch. II. Gesnerus in his editione Bas. II. usus esse videtur praeterquam in Mosch. II., quod carmen potius ex Anthologiae aliqua editione exscriptum. Sequentes editiones antiquiores Florilegii Stobaeani non consului.

*Cant.*] *Ioannis Stobaei Eclogarum libri II.*, quorum prior *physicas*, posterior *ethicas* complectitur, nunc primum graece editi interprete Guil. Cantero. *Ex bibl. I. Sambuci. Antverpiae. ap. C. Plantinum. 1575.* fol. Secundum Praef. textum Graecum potius Sambucus curavit quam Canterus.

## §. 10. Versiones Latinae antiquiores.

### a) Poëticae.

*Philet.*] Septem priorum Theocriti idylliorum imitatio poëtica in libro sine titulo vel subscriptione, sine signatura et paginarum numeratione 20 foll. 4. In pag. 1. est *Phileticus de vita Theocriti in libro de poetis antiquis* (carmen elegiacum), tum pag. 2. *Phileticus invicto Principi Federico duci Urbinato* (dedicatio elegiaca). Pag. 3. incipit „*Theocritus scripsit, Phileticus Latinum fecit. Bucolicum carmen. Res acta Syracusis.*“ Claudit librum Philetici carmen distichis conceptum ad *Eucharium Argirion* impressorem, h. e. Eucharium

Silber al. Franck Romae. Hanc editionem principem neque Ebertus commemorat neque Brunetus, sed Hainius Reperit. Bibliogr. nr. 15478. Quum Eucharius Silber iam a. 1478 libros impresserit, Fredericus vero dux Urbinas d. 16. Nov. a. 1482 mortuus sit, certum videtur hunc librum ante a. 1483 lucem vidisse. Exemplar nactus sum ex bibl. Gottingensi.

—] \* *Theocriti Bucolica per Phileticum e Graeco traducta.* (Acced. Hesiodi Georgica per Nicolaum de Valle. Hesiodi Theogonia per Boninum Mombrinium.) s. l. et a. 4. (typis Bernardini de Vitalibus Venetiis circa 1490).

—] \* *Theocriti Bucolica etc.* (ut praec.) In calce: *Impressum Venetiis per Bernardinum Venetum de Vitalibus Anno domini M. CCCC. XCIX.* 4.

—] *Theocriti bucolicum sive potius Aepolicum carmen a Philetico traductum atque ab Ascensio elucidatum. Parisiis* (I. Petit). 1510. 4. Exemplari Dresdensi usus sum.

—] *Theocriti Siracusii ἐὶ δὲ ὅλλα ἑπτὰ septem priora a Philetico in Latinum carmen traducta.* In calce: *Excusum Daventrie impensa Alberti Pafraetvii. Idus Octobres M. D. XII.* 4. Exemplar Gottingense inspexi.

*Eob.]* \* *Theocriti Syracusani Idyllia triginta sex latino carmine reddita Helio Eobano Hesso interprete. Haganae per Ioan. Secerium anno XXX. (1530) mense Novembri.* 8. Haec versio pro altero tomo editionis Cam. est.

—] *Theocriti — Eobano Hesso interprete* (ut in praec.). *Accesserunt recens Theocriti genus ac vita. De inventione ac discrimine Bucolicorum carminum. Item singulis Eidylliis singula argumenta a quodam Graece Latineque erudito latinitate donata. Excudebat And. Cratander An. M. D. XXXI.* In calce: *Basileae ex aedibus Andreae Cratandri mense Septembri An. M. D. XXXI.* 8. In fine variae lectiones editionis Cam., quae in Bas. I. desunt, congestae sunt. Exemplari usus sum Ameisiano, quod eadem compage cum Bas. I. continetur.

—] \* *Theocriti — Eobano Hesso interprete etc.* (ut in praec.) *Parisiis apud Iacobum Bogardum.* 1546. 12.

Praeterea Eobani versio addita est editionibus Brub. I. 1545,\* Mor. I. 1550. et Brub. II. 1553., vid. supra §. 9. In

Brub. I. II. et inscriptio et ipsum opus ex ed. Basil. repetita sunt exceptis Camerarii variis lectionibus et aliis quibusdam in fine additis.

*Steph V.] Moschi, Bionis, Theocriti idyllia aliquot ab H. Stephano latine facta etc. Venetiis ap. Aldum. 1555. 4. Insunt versiones poëticae idylliorum Mosch. III. IV. Bion. X. (tanquam Moschei.) Mosch. V. et Bion. XII. IX., tum Theocr. III. Inc. IV. II. cum adnotationibus quibusdam et aliquot propriis H. Stephani carminibus. Exemplar accepi ex bibl. Guelferbytana.*

—]\* *Moschi, Bionis etc. (ut in praec.) Lutetiae ex officina Roberti Stephani. M. D. LVI. 4. Repetitio libri praecedentis.*

Aliae quaedam versiones poëticae editionibus additae in harum recensione commemoratae sunt.

#### b) Prosaicae.

*Div.] Theocriti idyllia trigintasex recens e graeco in latinum ad verbum translata Andrea Divo Iustinopolitano interprete. Eiusdem epigrammata, bipennis, ala et ara latinitate donata eodem Andrea Divo interprete. Venetiis apud Iacobum a Burgo-francho. M. D. XXXIX. 8. Exemplari usus sum Dresdensi.*

—]\* *Theocriti — M. D. XXXIX. (ut in praec.) Basileae. In calce: Basileae apud Bartholomaeum Westhemerum. M. D. XLI. 8.*

—]\* *Theocriti opera recens e Graeco in Latinum translata Andrea Divo Iustinopolitano interprete Basileae apud Ioan. Oporinum. In calce: Bernae in Helvetiis per Samuelem Apiarium sumptibus Ioan. Oporini. M. D. LIII. 8.*

*Wins.] Interpretatio Eidylliorum Theocriti dictata in Academia Witebergensi a Vito Winsemio. Adiecta sunt et Scholia, quibus loca difficiliora explicantur. Francoforti per Petrum Brubachium. In calce: Francof. ex off. P. Brubachii M. D. LVIII. 8. Insunt idyllia trigintasex Calliergi.*

Hanc interpretationem paucis mutatis repetierunt versiones prosaicae editionibus Mek. Crisp. Steph. II. Vign. Comm. Heins. additae.

### §. 11. De huius editionis institutis.

1) Quum ante hos quinque annos rogante B. G. Teubnero,

viro de litteris philologicis eximie merito, in eius Bibliotheca Scriptorum Graecorum et Latinorum Bucolicos Graecos edendos suscepissem, ubi intellexi angustum spatium adnotationi concessum in his corruptioribus poetis minime sufficere, ubi de mutata priorum editionum lectione rationem redderem aliquatenus utilem, in animum induxi potius in Schneidewini mei Philologo de lectionibus dubiis disserere. Quod inceptum non ultra Id. v. persequutus sum. Tanta enim, quanquam res ad dialectum pertinentes singulari libro reposueram, disputandi materia se offerebat, ut intelligerem neque Philologo tam copiosum opus convenire, neque, si Schneidewini amicitia id admisisset, disputationem per multos fasciculos distractam meo consilio satis responsuram. Ita que accinxi me tandem ad maiorem Bucolicorum editionem parandam paene invitus, quippe qui haud inscius essem, quantum laborem in me susciperem, fortasse viribus meis maiorem. Continebit autem hoc opus, iuvante Deo O. M., quatuor tomos, quorum singuli haec exhibebunt:

*Primus* textum cum apparatu critico;

*Secundus* Scholia cum disputatione de Scholiorum origine;

*Tertius* Adnotationem Criticam cum quaestionibus ad crisin pertinentibus: de familiis codicum, de fontibus antiquarum editionum, de auctoritate librorum et reliquorum lectionis fontium, de orthographicis quibusdam, de dialectis bucolicorum, de metris bucolicorum, de carminum auctoribus, de ordine carminum;

*Quartus* Commentarium exegeticum cum dissertationibus de poësi bucolica et de poetis bucolicis.

2) Hic primus tomos quem Bucolicorum *textum* exhibet, is a prioribus editionibus longe discedit. Qua in re plerumque librorum auctoritatem sequutus sum. Quum enim H. Stephanus ex antiquioribus editionibus, ipse libris manuscriptis fere non usus, recensionem suam conflasset, saepe eam e peioribus fontibus derivatam, multi quidem sequentium editorum haud paucas lectiones librorum ope mutarunt, praecipue Commelinianae editor, Valckenarius, Brunckius, Meinekius, Ameisius, sed nullus fundamentum illud vulgatae lectionis a Stephano positum, quamvis pravum, deserere

Novavit *Crispinus*, in Hypothesibus ex ingenii arbitrio multa mutans, omittens, addens; Prolegomena non exhibuit. Has hypotheses Crispinianas, item sine Prolegomenis, repetiit *Steph. II.*, nisi quod ex editionibus ante Crispinum receptae sunt hypothesis ad Id. XVI. a Crispino valde mutata et hypothesis ad Id. XVII. ab eodem ommissa. Hanc Stephanianam Hypothesium redactionem cum Prolegomenis secundum *Bas. I.* mutilatis exhibent *Comm. Heins. Ox. I. II. Reisk. Wart.* Reiskius Prolegomena in alterius voluminis initium, Wartonus in Praefationem p. LXIV seqq. transjecit.

In omnibus illis post Call. editionibus ante Reiskium codicum usurpatorum ne levissimum quidem vestigium apparet una Commeliniana excepta, ubi dubitari non potest quin quaedam lectiones ex libris manuscriptis Palatinis manaverint. Reiskius et Wartonus copiis suis ad veriorem lectio-

nem restituendam non usi sunt; attamen ad Prolegomena ille ex Lips.<sup>a</sup> (praeterea ex Ald.<sup>a</sup> et Call.) varias lectiones protulit, Wartonus ex Vatt. 1—5; Hypotheses uterque prorsus neglexit.

*Valckenarius* in editione Bucolicorum a. 1779 Prolegomena et Argumenta, quae in unum corpus conjuncta praemisit, codicis Parisini (N), cujus collationem vel apographum Ruhnkenio debebat, et Calliergiana ope suppleta et mutata edidit, quanquam subinde Crispini manu servata. Hanc recensionem recentiores Theocriti editores fere sequuti sunt, plerumque Prolegomenorum et Hypothesium corpore ante ipsum Theocritum relicto. *Schaeferus* a. 1809 quaedam e conjectura correxit. *Gaisfordus* (Poëtt. Minn. Vol. II. Oxonii 1816, rep. Lipsiae 1823) e codicibus addidit hypotheses ad Id. XVIII., quae jam inter Scholia extabat, tum ad Id. XXII. XXIII. [XXVIII. XXIX.], quas Wartonus prior alieno loco ediderat; idem e libris suis variam lectionem subjecit, minus tamen diligenter (potissimum ad Hypotheses) quam postea in Scholiis, praeter Vatt. 1—6 codicibus A. B. haud dubie secundum collationes Dorvillianas usus, postremo codice y, cujus collatio et inter Sanctamandi copias extat et inter Dorvillii. *Kiesslingius* a. 1819, qui Prolegomena et Hypotheses universis scholiis praemisit, Gaisfordi editione non usus est nisi ad novas illas hypotheses inde repetendas; ipse ex collatione codicis v. Hypothesibus variam lectionem adjecit. In editione *Amstelodamensi* a. 1820 (ubi Prolegomena Scholiorum corpori praefixa, hypotheses scholiis ad singula idyllia) redactiones Stephaniana et Valckenariana temere mixtae sunt; ceterum de hac editione vid. §. 1. *Gailius* a. 1828 hypotheses in singula idyllia dispertitus in textu Kiesslingio adhaesit, nisi quod Prolegomena ex libris Parisinis auxit et indidem hypothesis levia quaedam additamenta adjecit; melius meruit varia lectione ex parte codicum Parisinorum apponenda. *Meinekus* a. 1836 tacite quaedam mutavit Gailianis copiis non magis usus quam *Zieglerus* a. 1844, qui in hac parte operis levius versatus nihil novi attulit praeter lectiones quasdam ex Vaticanis 3. 5. 12. ad Hypoth. Id. XII. *Duebnerus* a. 1849 Prolegomena et Hypotheses cum Scholiis eodem modo conjunxit atque in Amst. factum, in textu fere

Gailium sequutus; de varia lectione et reliqua adnotatione vid. §. 1. *Meinekus* in novissima editione a. 1856 neque augmenta Gailiana recepit et, quae ipse in proeodosi mea a. 1850 tironibus prospiciens omiseram, reponere neglexit; dedit autem quaedam ad crisin utilia. Reliquas editiones, in quibus nihil novi praestitum est, praetermittimus.

### §. 3. Catalogus codicum ad Prolegomena Hypotheses Scholia Glossas adhibitorum \*).

#### Mediolanenses.

a) Cum argumentis, scholiis et glossis sec. Zieglerum, cum scholiis marginalibus et interlinearibus copiosis teste Jos. Muellero, qui mihi paucissima quaedam exscripsit.

k) „Cum uberrimis scholiis“ *Gaisf.*, „pleraque cum argumentis, scholiis et glossis“ *Ziegl.* Quae in eo ad Theocr. IV. pertinent, Jos. Muellerus mea causa diligentissime secundum ed. Heins. excussit, multa adeo integra exscripsit. Praeterea paucissimae quaedam glossae a Zieglero enotatae et hypothesis ad Id. XXIII. (XXIX.) a Gaisfordo. Scholia et glossas rubro scripta asterisco apposito (k.\*) notavimus.

Scholia et glossas auctore Muellero praeterea tenent codices Ambrosiani recentiores *d. e.* Teste Montefalconio *Bibl. bibl. p. 519* in eadem bibliotheca extat *Lampridii* expositio in Theocritum.

#### Veneti.

m) Cum prolegomenis, argumentis, scholiis et glossis interlinearibus teste Morellio ap. Kiessl. p. 978, qui ad Prolegomena lectiones quasdam enotavit.

Codex *l.* secundum eundem Morellium argumenta habet et ad Id. I—VIII. scholia.

#### Florentini.

p) = *Laur.* 46. *Wart.* = *L. Gaisf.* = *Salv. Gail. Duebn.* — Codex teste Zieglero pleraque argumentis, glossis et scholiis instructa habet, auctore vero Bethmanno scholia tenet

\*) Iisdem codicum siglis in hoc tomo usus sum quibus in primo, si p. XXV seqq. plura de his libris docentur. In enumerandis codicibus Prolegomena et Hypotheses tenentibus minus anxius fui.

ad sola idyllia I. III—XV. Minus accurate Bandinius, quum Id. XVI. codicis ultimum prorsus non commemorasset, duo ultima (h. e. Theocr. II. Inc. I.) scholiis carere dixit, scholio ad extrema idyllii XIV. tanquam ultimo codicis exscripto, de Id. XVII. et XX. [XXII.], quae in foliis praefixis leguntur, tacens. Ex Prolegomenis, si Bandinius accurate retulit, codex nihil habet nisi IV. et VIII.; nam V. alio loco, post Id. XIV., legitur. Ex hoc vero codice petatum est scholiorum libri alicujus Laurentiani apographum Salvinianum inter Sanctamandianas copias, quod Wartonus p. VI. dubitantius ad codicem Politiani Laur. 46 (t.) retulit, quia Politianus quaedam in margine allevisset, confidentius autem tanquam re explorata Vol. I. p. 199 seqq. At scholia codicis t. inter copias Sanctamandianas in aliis schedis exscripta extant, neque quae de iis referuntur, ullatenus in scholia apographi illius Salviniani quadrant, vid. infra de t. Praeterea versus ὄσπερ σκύφος κτλ. (Proleg. IV.), quae Apogr. Salv. teste Wartono in initio scholiorum ad Id. I. habet, in Laur. 46 auctore Bandinio potius extremum locum tenent post Syringem et Aram. Contra a Salvinio potius codicem p. exscriptum esse vel inde credibile est, quod hic Laurentianorum antiquissimus et optimus est, cujus scholia si Sanctamandus neglexisset, valde mirum foret. Deinde in Apogr. Salv. scholia extant ad Id. I. III—XV., desinit autem teste Wartono in Id. XIV.\*); ad eadem carmina, nec plura, codex p. scholiis instructus est, idyllio XIV. post XV. collocato, quum codex t. idyllia I—XVIII. vulgari ordine teneat. Tum in p. epigramma illud Proleg. IV. teste Bandinio primo idyllio praemissum ut in Apogr. Salv. Adde quod hujus scholia saepius pertinent ad lectiones codici p. proprias et a t. alienas, ut IV, 19. βαθύσχινον. Adeo ad extrema idyllii XIV. idem scholium, quod Wartonus ex Apogr. Salv., Bandinius ex Laur. 37 = p. protulit. Itaque non dubitavi iis quae ex illo apographo petita sunt siglum p. apponere. Ceterum hoc apographum teste Wartono scholia breviora habet editis, mendose saepe exarata, saepe etiam plura et meliora editis, nec non argumenta ut Calliergus; in

\*) Verba a Wartono addita „sed non habet totum“ parum intelligo, quum ipse scholium ad ultima idyllii verba inde protulerit.

initio exhibentur variae lectiones praefatiuncularum. Ex scholiis Wartonus pauca protulit, vid. §. 1, multo plura Gaisfordus. — Praeterea inter copias Sanctamandianas extant glossae codicis p. a Salvinio exscriptae, pessimae notae iudice Wartono, qui paucissimas inde tradidit p. v. et alibi; unam aliamve Zieglerus attulit.

q] Teste Bandinio partem Prolegomenorum habet (II. VI. usque ad ἐξηρημένον p. 5, 7, VIII.), tum hypotheses et scholia marginalia uberrima. Pauca quaedam Bandinius exscripsit.

r] = *Laur. Wart. Duebn.* Recte enim Wartonus I. p. 223 coniecit ex hoc libro petitas esse glossas a Salvinio in Sanctamandi usum ex aliquo Laurentianorum descriptas, unde ipse excerptas evulgavit I. p. 223 seqq. Certissime enim codex r. agnoscitur, quod is solus inter Laurentianos ea omnia carmina tenet, quarum glossae hic exhibentur. Insuper conspirant lectiones et glossae codicis r. aliunde cognitae, ut ex varia lectione Gaisfordi et Ziegleri ad Inc. v. [Theocr. XXIII.]. — In Apographo Salvinii carmina miro ordine utuntur, quo non in ipso codice: Bion. I. Inc. IV. [Theocr. XIX.]. Mosch. II. I. [I. II.] Inc. I. [Mosch. III.] Theocr. XVIII—XI. inverso ordine. *Εἰς νεκρὸν Ἀδωνιν* [Theocr. XXX.]. *Σύριγγξ.* Inc. v. [Theocr. XXIII.]. Theocr. XX. [XXII.]. Inc. VIII. [Mosch. IV.]. Ad Theocr. I—X. in apographo nihil extare videtur, quanquam ipse codex etiam ad haec glossas habet. Glossarum ad Bion. I. Mosch. I. II. Inc. I. VIII. et Syringem Wartonus solas primas quasque et extremas exscripsit; ad reliqua carmina, vulgo Theocritea, plura excerptis, ea potissimum quae in scholiis editis non extarent. Ceterum glossae partim marginales sunt partim interlineares, quas Wartonus non ubique accurate distinxit. Ex ejusdem codicis glossis (etiam ad priora idyllia) et hypothesis quaedam tradita in Sylloge Salviniana Wart. II. p. 377 seqq. Ceterum Bandinio teste codex praeter hypotheses scholia nonnulla marginalia habet et glossas interlineares.

s] Testibus Bandinio Zieglero argumenta habet (praeterquam ad Id. XVII. sec. Band.) et glossas („multas interlineares“ Bethm.), quarum paucissimae quaedam inter va-

rias lectiones allatae. Ab initio secundum Band. et Bethm. quaedam de dialecto Dorica leguntur (Prolegg. IX. D.).

l.] Scholia quaedam tenet et glossas interlineares manu Politiani teste Montefalconio Bibl. bibl. p. 353 („fortasse manu Politiani“ Wart.), sec. Band. argumenta et scholia quaedam ad Id. I—VII., quorum utrisque reliqua carent; praemittuntur vita Theocriti et quaedam de dialecto Dorica. Hinc inter copias Sanctam. extant a) notae marginales („vel ex Suida vel ex Scholiis descriptae vel ipsius Politiani“ Wart.), b) glossae interlineares („forte manu A. Politiani. Pleraque ex Suida et Scholiis. Desinunt cum idyllio septimo“), c) Argumentorum differentiae notatae a Politiano („non ultra septem prima idyllia progrediuntur argumenta. Quae, inquit Sanctamandus, non integra descripsi, quia ab A. Politiano conflata ex H. Stephano (s. Calliergo) apparent evidenter, non vero ex aliis manuscriptis expressa“). Nihil horum vel a Wartonio vel a Gaisfordo evulgatum est.

r.] = *Schell.* Kiessl. Teste Kiesslingio tenet Argumenta praeterquam ad Id. I—III. et scholia maximam partem edita. Ad Hypotheses idem secundum collationem Rinckii haud pauca protulit. Ex scholiis et glossis pauca evulgata in Sylloge Salviniana Wart. II. p. 377. Glossarum apographum, quod teste Coxio Catal. Bodl. I p. 548 inter Sanctamandiana extat, ne commemoravit quidem Wartonus.

w.] Teste Bethmanno hic codex scholia habet ad Id. I—IX. (ad VIII. IX. pauca), nulla ad reliqua carmina, quanquam Id. II. medium est inter XIII. et XIV., unde apparet scholia ex aliquo libro sola idyllia I—IX. complectente descripta esse. Nihil ex his cognitum neque ex glossarum apographo, quod inter copias Sanctamandianas extat; paucas glossas Salvinus in Sylloge evulgavit.

Ex reliquis codicibus Laurentianis teste Bandinio hi habent quae huc pertineant: Pl. XXXI, nr. 5. Hypotheses ad Id. I—XII., scholia marginalia et interlinaria ad Id. I—VIII. — Pl. XXXI, nr. 25. Vita Theocriti et quaedam de dialecto, scholia quaedam ad Id. I, glossae interlineares ad Id. I—VII. — Pl. LVIII, nr. 19 sec. XV. Scholia (sine textu) ad Id. I—VIII. init. (ultima sunt τῶν Ἰώνων . . . ἐνθ'είας p. 287. 2), praemissa notitia de dial. Dor. Prolegg. IX. D. In fine



sunt quatuor folia vacua. — Pl. LXXXVI. nr. 25. Praemissa sunt Prolegg. I. A., VI. A., II., Hypoth. Id. I., Prolegg. III., tum scholia ad Id. I. II. et V. init. (primum est p. 31, 3, ultimum p. 191. 12.). — Pl. XCI, nr. 9. Prolegg. I. A., VII. F., VIII., tum scholia brevia marg. et interl. ad Id. I—VIII., quot codex habet.

#### Romani.

1.] In Scholiis et Glossis secundum collationem Sanctamandi (ut reliqui Romani) ad omnia adhibitus, quae tenet (Id. I. II, 49—VI), praeterea ad Prolegomena et Hypoth. Id. I. Prolegomena etiam G. Wolffius cum ed. Kiessl. contulit, cujus schedas Ameisii beneficio debeo. Scholia teste Wolffio eadem sunt quae apud Kiesslingium omissis citatis et additis observationibus grammaticis ad formas verborum pertinentibus.

2.] Adhibitus ad Prolegg. et scholia Id. I—IX., glossis ad Id. I—VI. allatis.

3.] Hujus usus factus ad Prolegg., Hyp. Id. XI. XII., Scholl. I. III—XIII., glossis ad Id. I. et paucissimis ad III. IV. V. allatis. Altera pars codicis, quae Id. II. XIV. XVI. complectitur, scholiis carere videtur. Hypothesin ad Id. XII. etiam Zieglerus contulit, quo teste in extremo libro legitur.

4.] Quum Sanctamandus hoc numero etiam partem codicis 23. comprehenderit, vid. T. I p. XXXII. not., in catalogo inscriptionum ap. Wart. p. LXIX. hinc petitas plerasque cruce numero apposita distinxit; in scholiis vero et glossis apud Wartonum et Gaisfordum siglum 4. promiscuum est. Nos, quantum fieri potuit, codices 4. et 23. distinximus. Quum enim in codicis 23. parte a Sanctamando tractata sola Id. I. III, 1—51. IV—VII. extent, ex his autem sola Id. I. V. scholiis instructa sint, codici 4. necessario reliquimus quae ad scholia in Id. II. III. IV. VI. seqq. allata sunt et glossas ad Id. II. (nam ad extremum Id. III. et ad Id. VII. seqq. nullae prolatae). Contra quum in 4. Prolegomena et Id. I. V. 15—79. 106—135. perierint, codici 23. adscribi oportebat quidquid ad illas partes pertinet. Aliquid dubitationis erat de scholiis et glossis ad Id. V. 1—14. 80—105. 136—fin. et de glossis ad Id. III. IV. VI. Attamen quum codices 4. et

23. et in scholiis et in glossis diversarum familiarum sint, etiam hic reliquorum librorum lectionibus comparatis plerumque inter utrumque codicem discerni poterat; sicubi nulla certa ratio alterum praeferri juberet, siglum 4. reliqui. Ceterum codex 4. referente Bethmannò *ubique* marginem scholiis plenam habet, sed iis difficillimis ad legendum. Attamen ad scholia non ultra Id. x. adhibitus est, glossae non ultra Id. vi. prolatae.

5.] Adhibitus ad Prolegg., Hyp. Id. i., Scholl. et Gloss. I—VI. Itaque liber post Id. VI. scholiis carere videtur, quam Zieglerus cum Id. I—XVIII. cum scholiis tenere dicit; nam una v. l., quae ad XVII, SI. commemoratur, nescio an ex glossa petita sit. Ex hypothèsi in Id. XII. Zieglerus pauca attulit, quo teste in fine libri addita est; quam mihi Freiburgerus integram exscripsit.

6.] Codex auctore Zieglero praeter glossas et hypothèses scholia ad Id. I—VI. habet in fine addita, teste Freiburgero ad Id. I. II. III. V. VI. Hoc verius videtur, ut haec scholia ex aliquo codice petita sint conjunctissimo cum s., qui liber solus inter omnes hunc idylliorum primorum ordinem habet: I. II. III. V. VI. IV. Ad Id. IV. codex 6. nusquam commemoratur, nisi quod scholium p. 160, 10. inde afferatur, quod ipsis poetæ verbis in margine appositum esse conjicio. Wartonus I p. 141. indicat siglum Vat. 6. cruce addita (cujus loco noster typhetha asteriscum posuit) designare scholia textui adjacentia (de quibus Zieglerus tacet), sine cruce ea quae sint seorsim ad calcem codicis. Attamen Wartonus illam non saepius apposuit quam in scholiis Id. I, 48. 56., Gaisfordus vero utraque scholia nusquam distinxit. Codex adhibitus est ad Prolegg., Hyp. Id. i., Scholl. I—VI., Gloss. I—XV. XVIII.

7.] Ad Id. I, 106—VIII., quae hic liber tenet, pauca ex scholiis prolata sunt (nihil ad Id. VII. VIII.), praeterea paucissimae glossae ad Id. IV. V.

8.] Tenet Theocr. v, 26—VIII. cum scholiis et glossis, unde duo scholia protracta ad v, 133. et VI, 1., tum paucissimae glossae ad Id. v.

9.] Referentibus Zieglero et Freiburgero pleraque hujus libri scholiis instructa sunt, et Gaisfordus collationem Sancta-

mandi inter fontes suos recenset, sed nihil inde protulit praeter unam v. l. ad II, 88; aliam Bastius ad II, 17.

10.] Codex apud Gaisfordum ad unum Euphorionis fragmentum in scholio ad Id. X, 28. adhibitus.

11.] Glossas habet secundum Wartonum, unde paucissimae quaedam a Zieglero exscriptae.

12.] Ex hypothesis Id. XII. Zieglerus lectiones nonnullas commemoravit, quo teste in fine libri legitur.

23.] Auctore Bethmanno prima duo idyllia I. et V. plurima habent scholia marginalia et interlinearia, reliqua paucas glossas interlineares; insunt etiam Prolegomena et hypotheses. Ceterum vid. supra ad cod. 4. Glossam unam aliamve etiam meae collationes suppeditarunt.

Praeterea e libris Romanis 20. scholia et glossas ad Id. I—XI. habet, 26. multa scholia marginalia et interlinearia, *Palat.* 112. scholia ad Id. I—VIII. sine textu.

#### Alii Italici.

A.] Hoc ad Prolegg. et Hypoth. Id. I. XXIII. (XXIX.) Gaisfordus usus est, haud dubie secundum collationem Dorvillianam.

Borb.] Neapolitanus in bibl. Borbonica II. I. 9. a G. Wolfio inspectus, qui Prolegomena et hypoth. Id. IV. cum ed. Oxon. 1676 contulit et quaedam ex scholiis ad Id. IV. V. VII. enotavit. Post Prolegomena, ubi extremo loco notae de dialecto leguntur, sequitur epigraphae *Κροῦ Μαρωνῆλ τοῦ Μοσχοπούλου*. Scholia supra et infra textum et ad marginem in duabus columnis, quarum exteriori eique minori saepius Maximi Planudis siglum additum; item ad initium idyllii X. adscriptum *διηγήτοῦ Μαξίμου*. Contra scholium ad V, 15. Mannelis Moschopuli siglo in margine instructum est. Ceterum scholia teste Wolfio fere concinunt cum iis quae in ed. Salamandrina leguntur, h. e. cum Calliergianis.

Scholia etiam in Neapolitano F. extant, et largissima in Mutinensi *Est. nr. 34*. In eadem bibliotheca Estensi teste Bethmanno codex Graecus nr. 87. vel III. C. S. secul. XIV. chart. 4. post Triclii scholia in Sophoclem habet Anonymi scholia in Theocritum, Platonem, Pindarum. Perusinus *Φ*. Prolegomena et hypotheses tenet.

**Parisini\*).**

*B.]* = *Colb.* Gaisf. Ad sola Prolegomena et Argumenta adhibitus, in quibus etiam Gaisfordus ejus collatione, Dorvilliana haud dubie, usus est.

*C.]* Multae hinc glossae prolatae; rarissime ad scholia commemoratur.

*D.]* Quum tantum ad Prolegomena et Hypotheses adhibitus esset, Duebnerus etiam glossas ad Id. XIV. mihi exscripsit.

*E.]* Insunt, ut collationes docent, Prolegomena et ad idyllia quae tenet, Id. I—VIII. XV., hypotheses, scholia, glossae. Gaisfordus collatione Bastii usus est.

*F.]* Adhibitus est in Prolegomena et Hypotheses; rarissime ejus siglum ad Scholia et inter glossas comparat.

*G.]* Hoc siglum tam raro conspicitur, ut de sphalmate suspicari possis.

*H.]* In scholiis et glossis ad Id. I—V. frequens hujus usus.

*I.]* Quantum ex prolatis cognoscitur, insunt scholia et glossae marginales ad Id. I—XI. Post haec una v. l. ad XIV, 48. inde commemoratur. Videntur autem etiam ad Id. IX—XI. non justa scholia inesse, sed glossae tantum marginales ex scholiis excerptae. Ante Id. II. legitur τοῦ αὐτοῦ *Μοσχοπούλου σχολία*. Inter hypotheses tantum ad Id. IX. adhibitus.

*K.]* Hinc variae lectiones in Hypotheses prolatae et glossae; ad Scholia rarissime commemoratur.

*L.]* Hic liber, in quo Id. I—V, 54. perierunt, teste Duebnero scholia tantum ad Id. V. VI. VII. habet, auctore Weissgerbero Cur. Theocr. p. 31. usque ad VII, 139. Itaque notae marginales, quas Gailius etiam ad sequentia protulit, potius inter glossas habendae. Ceterum et hae post Id. XIII. rarissimae et glossae interlineares, quae ad priora idyllia frequentes. Scholiorum ordo teste Duebnero in hoc libro servatur, sed extremis idylliis per saturam adjiciuntur scholia suo loco omissa.

*M.]* Scholia habet marginalia, quorum multis *παλαιόν* vel *ἐκ τῶν παλαιῶν σχολίων* praefixum (cf. Duebn. ad VII,

\*) Omnes a Gailio usurpati sunt, deinde a Duebnero retractati, qui ex nonnullis haud pauca nova protulit, maxime ex L. M. P. Q. Reliquas collationes nominatim commemorabo.

57), quam notam Gailius vel Duebnerus aliquoties transcripserunt, aliis Demetrii Triclinii nomen. Ante Id. I. scholia Manuelis Moschopuli et Demetrii Triclinii exhiberi dicuntur; *Μοσχοπούλου σχόλια* praeterea idylliis II. VI. VII. et VIII. praefixum. In omnia prope vocabula glossae cernuntur inter versus pictae, quarum duplex series est, alterae nude posita, alterae parva cruce insignitae, quae distinctio in editis neglecta. Prolegomenis et hypothese ad Id. I. codex caret, cujus primum folium ablatum esse videtur. Insunt autem hypotheses ad II—XVIII. neque scholia, exceptis quibusdam Triclinianis et commentariis ad Syringem, ad alia carmina praeter Theocr. I—XVIII. conspiciuntur, quanquam XVII. et XVIII. media sunt inter alia idyllia; unde apparere videtur antiquiora scholia manasse e libro Id. I—XVIII. complectente. Glossis liber caret ad Inc. V. [Theocr. XXIII.] et, ut videtur, ad Inc. VI. [Bion. XV.]. — Scholia hujus codicis jam Sanctamandus contulerat, inter cujus copias teste Coxio extant „Glossae et Scholia ex cod. Reg. Paris. R. 3.“, quo siglo hic ipse liber designari videtur. Collatione Sanctamandi Gaisfordus rarissime usus est, vulgo Bastiana. Glossas aliquot in editionibus Gailiana et Duebneriana neglectas, maxime ad Bion. I. Inc. I. VIII., quae carmina ab illis absunt, a Duebnero exscriptas habeo.

N.] Tenet prolegomena, hypotheses plerasque, scholia (sed paucissima, ut videtur, post Id. XI. excepto fere Id. XV.) et multas glossas interlineares ad Id. I—XI. XV. Contulerat hunc librum jam Ruhnkenius (cf. *T.* I p. XX.), cujus schedis Valckenarius in recensendis Prolegomenis et Argumentis usus est, indidem quaedam afferens in libro de Adoniazulis. Pauca ex eodem fonte Gaisfordus hausit. Ceterum de codice Ruhnkeniano aliquid dubitationis inde nascitur, quod in eo hypothesis ad Id. XIV. deesse dicitur, quum ad eandem codicis N. variae lectiones a Gailio afferantur. Num forte Ruhnkenius potius codice F. usus est, qui illi simillimus et a Gailio parum diligenter excussus?

P.] In hoc libro teste Duebnero p. X. duplex series scholorum excipit idyllia, ita ut v. c. ultimi versus carminis et in medio et in fine tractentur. Post Id. VII. nulla scholia inesse videntur, sed praeter glossas interlineares aliquot mar-

ginales, ut in L., cui in hac parte simillimus est. Praeterea ad Prolegomena (ad haec primum a Duebnero) et partem hypothesisum adhibitus est.

Q.] Ad Prolegomena, Hypotheses et Scholia collatus; glossae interlineares paucissimae inde allatae. Duebnerus p. VIII. profitetur se aliquando hunc codicem a Gaisfordi Colbertino (qui potius est B.) non diversum existimasse; quare vereor ne aliquae lectiones in Prolegomenis a Duebnero tanquam ex Q. allatae (quem Gailius in his fere neglexit) potius siglum illud ex Colb. translatum habeant.

T.] Rarissime in ceteris adscitus paullo frequentius glossas suppeditavit.

V.] = *Coisl.* Gaisf. Hypotheses habet et scholia, sed haec, ut videtur, non ultra Id. VIII.; nam quae in sequentibus eo tracta sunt, potius glossarum marginalium speciem habent. Glossae interlineares paucae a Gailio enotatae. Ad Id. II. plures evulgavit Weissgerberus. Pleraque vero quae hic excerspsit, interlinearia esse videntur, quanquam hoc in parte tantum adnotavit. Semel interpretationem in margine legi indicavit. Gaisfordus hoc libro ad Hypotheses usus est, secundum Dorvillianam puta collationem.

Z.] Paucae variae lectiones ad Prolegg. et scholia Id. I—V. inde haustae, pauciores etiam glossae.

#### Hispanicus.

Tol.] Hinc Schottus quaedam ad Prolegomena protulit *Observatt.* II. c. 50.

#### Anglicani.

Bar.<sup>a</sup>.] Scholiis marginalibus et interlinearibus teste Coxio perquam instructus; eundem Wartonus p. VIII. pauca editorum scholorum tenere dicit. Pauca Gaisfordus delibavit, paucissima Wordsworthius. Ceterum in *Varia Lectione* siglo *Bar.* usi sumus.

Butt.] Haud paucas glossas Latinas Graecis litteris scriptas Wordsworthius inde protulit, quas repetere nolui, unam vere Graecam.

Can.] Insunt auctore Wordsworthio scholia brevia, unde Gaisfordus haud ita pauca enotavit.

Cant.] Scholia habet et glossas, unde Wordsworthius pauca quaedam excerspsit.

*Hart.*] Teste Wartono p. VIII. pauca excerpta scholiorum habet, unde Wordsworthius quaedam evulgavit.

*Laud.*] Scholia habet et glossas, unde paucissima apud Wordsworthium.

*Phil.*] Paucissimas glossas Wordsw. inde protulit.

Scholia etiam in *Bar.*<sup>3</sup> extant.

#### Genevensis.

*Gen.*] sec. XV. teste Seneberio in *Catalogo Manuscr.* *Gener.* p. 49, sec. XIV. (?) iudice Aderto, nitidissime sed mendosissime scriptus. Continet (sine textu) Prolegomena et scholia cum hypothesebus ad Id. I—XVIII., idyllio quinto ante quartum collocato. Super initio a sec. m. inscriptum: *Πινδάρου σχόλια διάφορα*; Seneberio teste haec Pindari scholia ad Dionysium Thracem inscripta sunt („adressés à un Denys de Thrace“), de quo Adertus nihil enotavit. Idyllia I—XIII. binas interpretationes habent, quarum alteri cuique praefixum *ἑτέρα ἐξηγήσις*. Ad eas distinguendas siglis *Gen.*<sup>a</sup> et *Gen.*<sup>b</sup> usi sumus: sed in Id. X. *Gen.*<sup>a</sup> potius posteriorem interpretationem designat et *Gen.*<sup>b</sup> priorem. hoc praeterea in Id. XIV—XVIII. unicam, cujus instituti causam infra exponemus\*). — Codicem usurpavit Casaubonus. qui in Lectt. Theocr. quaedam inde provulgavit. Etiam Ruhnkenius Ep. Crit. II, 197. nescio quo fonte usus aliquid inde attulit. Eiusdem collationem Schweighaeuserus habuit, cujus post mortem auctionis jure ad Fr. Osannum pervenit, id quod ex hujus litteris ad me datis didici: lectionem inde

\*) Inscriptionum utrisque scholiis ad singula idyllia praefixarum rationem ex his cognosces: Id. I. Θεοκρίτου Θρησκιώδης. ἀδὲ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἡ πίτερς αἰπόλις τῆνα. Θεοκρίτου Θρησκιώδης. *Gen.*<sup>a</sup> ἀδὲ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἡ πίτερς αἰπόλις τῆνα. ἑτέρα ἐξηγήσις *Gen.*<sup>b</sup> — Id. XII. Ἥλιος ὁ φίλις κοῦρος τοῖς εὖν νεκτὶ καὶ αἰοί. Εἰδύλλιον ἢ. ἑπὶ Θρησκιώδης. *Gen.*<sup>a</sup> Ἥλιος ὁ φίλις κοῦρος. ἑτέρα ἐξηγήσις. Εἰδύλλιον ἢ. Ἄλτης. Ad hoc idylliorum titulos, quos inter Hypotheses et Scholia neglexi: Id. II. Φαρμακίον *Gen.*<sup>a</sup>. Id. V. Βορκοῖασται Κομάτας καὶ Λάκωρ. εἰδ. ἢ Ὀδονόμος *Gen.*<sup>a</sup>. Id. VI. Βορκοῖασται Λακώτας καὶ Λάκωρ *Gen.*<sup>b</sup>. Id. VIII. Βορκοῖασται Λακώτας καὶ Μισυλάς *Gen.*<sup>a</sup>. Βορκοῖασται *Gen.*<sup>b</sup>. Id. X. Ἐγγυῖνος ἢ Θεγεσταί *Gen.*<sup>b</sup>. Id. XII. Ἄλτης *Gen.*<sup>b</sup>. Id. XIII. Ἦλιος *Gen.*<sup>a</sup> — In initis idylliorum nulla lectio memorata digna comparet, nisi forte Id. III. κατ' ἄρτος *Gen.*<sup>a</sup>

commemoravit in adnotatione ad Cornutum. Wuestemannus codicis specimine accepto cum sprevit tanquam nullius pretii. Veriore iudicio usus Adertus excerpta ex hoc libro publici juris fecit a. 1843, vid. §. 1. Ipse viri humanissimi beneficio integra collatione usus sum secundum Kiesslingii collationem tam diligenter olim facta, ut plerumque pro apographo sit.

#### Germanici.

*Lips.<sup>a</sup>.*] vel *Lips.* Tenet scholia marginalia ad Id. 1. multa, in reliquis II—VIII. pauciora. Usque ad 1, 42. lemmata rubro picta; in reliquis raro atro scripta, plerumque spatio relicto omissa. Glossae interlineares ad Id. 1. nullae extant praeterquam ad vs. 1—28. manu recentiore scriptae, ad reliqua carmina multae. Prolegomena ab alia manu scripta in foliis praefixis leguntur, quorum parti Maximi Planudis siglum additum, vid. p. 8, 22. Hypotheses desunt praeter primam Prolegomenis mixtam et tertiam aequae ab alia manu additam. Ceterum liber satis nitide et emendate scriptus; in superiore parte foliorum partim litterae humiditate evanidae. Codicem olim a Reiskio delibatum ipse diligenter excussi, quum Naumanno viro humanissimo interprete a Senatu Lipsiensi liberaliter meis precibus concessus esset.

*Lips.<sup>b</sup>.*] Scholia tenet teste Loesnero ad Hesiod. p. v., unde paucissima cognita, vid. ad Id. VI. init.

#### Incertorum locorum.

*Im.*] vid. T. I p. XLIV.

*Samb.*] Codex vetustus Sambuci, unde paucas glossas Reiskius attulit secundum adnotatorem Vimariensem.

*Stop.*] Quaedam ex scholiis et glossis hujus codicis Stopiani ab adnotatore Vimariensi enotata protulit Reiskius Vol. II p. 17.

*Vim.*] Ibidem Reiskius alias glossas Graecas ab Adn. Vim. sine siglo appositas exscripsit, quarum eas, quae sunt ad Id. I—XVII., ex aliquo antiquo codice manasse glossarum aliunde cognitarum comparatio evincit. Contra glossae ad reliqua pertinentes recentioris originis esse videntur non minus quam quae ibidem Fulvii Ursini siglum appositum habent, quare haec omisimus. Quaedam ex libro Vimariensi Reiskius potius in Adnotatione commemoravit.



*Vulc.*] Inter copias Dorvillianas in bibliotheca Bodlejana (vid. Codd. Dorvill. p. 69.) extant „Variae Lectiones in Scholiis in Theocritum ex Ms. bibliothecae Vulcanii manu d'Orvillii descriptae,“ unde apparet lectiones apud Gaisfordum siglo *Vulc.* instructas manasse. Pertinent autem ad Id. I—XVIII.

Codicum varias collationes, ubi opus videbatur, numeris apposis in hunc modum distinxī, ut 1. copias Wartonianas indicet, 2. Gaisfordianas, 3. Gailianas, 4. Duebnerianas in Adn. ad Scholia, 5. meas ipsius, 6. reliquas. Asteriscus codicum siglis *prae*fixus in scholiis vel horum varia lectione indicat locum inter lineas legi; contra in glossis, locum tanquam in margine lectum proferri.

#### §. 4. De Scholiis vetustioribus.

Scholorum in libris traditorum duo potissimum genera distinximus, *recentiora* grammaticis Byzantinis inde ab sec. XIII. debita, et *vetustiora*, quibus antiquior origo vindicanda est. Haec vetustiora alii libri sola habent, potissimum k. p. 3. 4. 5. L. Can. Gen.<sup>b</sup> Vulc., alii et ed. Call. recentioribus mixta, de qua re infra accuratius dicetur. Ut nunc in libris leguntur, ita fere invenit Eudocia Macrembolitissa (sec. XI.), quae quum quaedam Ioniae suae capita aperte ex scholiis Theocriteis hauserit, cum SchVet., ut tradita sunt, fere ad verbum conspirat; conferantur scholia de Pane p. 34, 17., de Milone p. 156, 2., de Carneis p. 199, 15., de ἐπιτυμβίδιοι κορυθαλίδες p. 246, 2., de Pythagoreis p. 372, 3., de Jovis et Junonis nuptiis p. 394, 12. Item apud Eustathium (sec. XII.) narratio, quam ἐν ὑπομνήματι Θεοκρίτου legi tradit, a nobis p. 149, 10. posita, summopere cum traditis scholiis concinit. Eodem seculo Gregorius Corinthius de dial. Dor. si quas Theocriteorum interpretationes paullo longiores protulit, eae ab scholiis servatis fere non differunt, cf. p. 141, 4. cum adn., p. 154, 17., p. 207, 6. cum adn., p. 213, 11. Quod et hic et Eustathius quasdam interpretationes habent non ita in traditis scholiis lectas, plerasque singularum vocum glossas, raro paullo longiores ut Eustathius p. 311, 14. et Gregorius p. 399, 1., inde noli colligere eos amplioribus scholiis usos esse; eas enim credibile est

partim ex glossis librorum arreptas esse, partim ipsorum ingeniis deberi.

De antiquioribus Theocriti scholiastis, ex quorum commentariis scholiorum traditorum redactor hauserit, egerunt Wartonus in Notitia Scholiorum, Wuestemannus p. xv seqq., Fritzscheus de bucol. p. 32 seqq. Illorum partim in ipsis SchVet., partim in aliis scriptis haec nomina comparent:

a) *Asclepiades Myrleanus*, seculo primo a. Chr. florens, de quo amplius disseruerunt Werferus in Act. phil. Monac. II p. 547 seqq. et K. Lehrsius post Herodian. scr. tr. p. 428 seqq. Asclepiades sexies in scholiis commemoratur, semel patria indicata ad I, 118., ubi ei lectio *Ἀύβριδος* tribuitur cum interpretatione *ἡ κατὰ γλῶσσαν θάλασσα*. Hinc probabile est etiam in reliquis quinque locis eundem Myrleanum intelligendum esse: I, 4. p. 36, 4. de producto *α* in *λαψῆ* (?), II, 88. de *θάψος* (ubi Wartonus potius Bithynum medicum intellexit), v, 21. de proverbio *οὐδὲν ἰερόν*, v, 99. de lectione *ὀμοαλίδες* (ex nostra emendatione), quo etiam ea pertinere videntur, quae Ammonius et Eustathius ex Asclepiade de temporali potestate vocis *ὀμοῦ* tradiderunt, vid. Adn. ad h. sch., postremo v, 102. de monte *Φάλαρος*. Quae comparanti recte statuuisse videbuntur, Asclepiadem, hominem varia doctrina instructum, justum commentarium in Theocriti carmina conscripsisse, ut idem in Homerum et fortasse in alios poëtas commentatus est.

b) *Theo Artemidori* nusquam in scholiis traditis, sed tanquam commentator Theocriti bis in Etymologicis commemoratur, quos locos Scholiis addidimus, primum p. 50, 12. ad I, 39., ubi *Θέων ἐν τῇ ὑπομνήσει Θεοκρίτου* vel *Θέων ἐν ὑπομνήματι τῷ εἰς Θεόκριτον* auctor affertur, tum p. 173, 11. ad IV, 51., ubi *Θέων ὁ Ἀρτεμιδώρου*. Fulvius Ursinus in Virgil. coll. totam scholiorum collectionem, quam noverat, tanquam Theonis opus afferre solet, nulla tamen alia auctoritate usus, ut ipse profitetur p. 2. ed. Valek., quam quod in Etymologico inedito s. v. *γοιπεύς* testimonium illud prius invenerat, quod minime in eam partem trahi posse jam satis apparet. Attamen utriusque scholii Theonei in traditis scholiis vetustioribus excerpta extant, unde pro certo haberi po-

test, eum qui illa in hanc fere formam redegit, copiis Theoneis usum esse.

Vix dubitari posse videtur quin idem Theo hos in Theocritum commentarios scripserit qui reliqua illa ὑπομνήματα in alios poetas, Alexandrinos potissimum, quae Theonis nomine inscripta commemorantur. In eorum numero primum est commentarius in *Homeri Odysseam*: EtM. 696, 10. de origine vocis πύελος (Od. T, 553.), additis ὡς Θέων ἐν ὑπομνήματι Ὀδυσσεΐας. In EtG. 486, 41., ubi eadem fere alio ordine leguntur, pro ultimis scriptum οὕτως εὔρον ἐν ὑπ. Ὀδ. Eodem pertinent de accentu vocis ἄκμηρος EtM. 49, 44. Θέων δὲ ὀξύνεσθαι ἀξιοὶ ὡς ἀγαθός, quae quum Aristarchi sententiae opponantur (qui illud vocabulum in Odysseae loco ψ, 191. ὀξυτόνωσ, in reliquis, ubi ἄγειστος valet, προπαροξυτόνωσ scripsit cf. Lehrs. Aristarch. p. 377.), haud dubie intelligendum est Theonem ubique oxytonesin praetulisse: videtur autem de ea re ad Odysseae locum dixisse, ut ad eundem de Aristarchi iudicio et in scholiis et ab Eustathio et in EtM. refertur. Nec minus ad eundem commentarium retuleris locum de origine vocis ἀρετή (ubi ὡς ἐν ὑπομνήσει εὔρον Θέωνος), quem ex EtParis. nr. 2630. protulerunt Koesius post EtOr. 185, 25. et Bekkerus Anecd. p. 1449, ex nr. 2636. Cramerus Anecd. Parr. IV, 61, 10.; alia originatione, quam Δίδυμος ἐν ὑπομνήματι protulisse ibidem refertur, M. Schmidtio ex huius commentario in Odysseam petita videtur Didym. p. 185. Postremo ad Od. o., 254. pertinere puto, quod Theo Ἰπερησίαν κακῶς Ἰπέρειαν καλεῖν dicitur a Stephano Byz. s. v. Quum enim scholia et Eustathius in illo loco oppidum Argolicum agnoscant ab Hypereisia Achaica Il. B, 573. diversum, Theo illud cum fonte Argolico Ἰπέρεια Il. Z, 457. composuisse videtur. Deinde commentarius in *Callimachi Aitia*: EtM. 207, 17. de mythica origine fontis Βουκεραΐδος additis οὕτω Θέων ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τοῦ ἀ' αἰτίου Καλλιμάχου (leg. Αἰτίων cum Sylburgio); EtM. 160, 30. de hypocoristico ἄστυρον apud Callimachum (fr. 19.), ubi οὕτως Θέων ἐν ὑπομνήματι τῶν τοῦ β' αἰτίου (Sylb. iterum recte Αἰτίων). De commentario in *Lycophronem* bis testatur Stephanus Byz.: Κύτινα, πόλις Θεσσαλίας, ὡς Θέων ἐν ὑπομνήματι Λυκόφρονος (Alex. 1389.)

et s. v. *Αἰνεία*:...*Θέων δ' Αἰνείαδας ταύτην καλεῖ ὑπομνηματίζων τὸν Λυκόφωνα* (1203.), ipsis Theonis verbis sequentibus. Eodem pertinet alia apud eundem commemoratio: *Ἀργυροῖνοι, ἔθνος Ἠπειρωτικόν, ὡς Τίμαιος καὶ Θεών, καὶ Λυκόφρων* (1017.) κτλ. *Apollonium Rhodium* Theo interpretatus est secundum subscriptionem vel potius inscriptionem scholiorum in *Apoll.* παράκειται τὰ σχόλια ἐκ τῶν Λουκίλλου Ταρραίου καὶ Σοφοκλέους καὶ Θεώνος (cf. Merkel. Praef. p. LXVI.), unde olim scholia in Aristoph. Nub. 397. interpolata erant. Huc traho Steph. Byz. s. v. *Ἄλος*: *Θέων δὲ φησιν, ὅτι Ἄλος θεράπαινα ἦν Ἀθάμαντος ἢ μηνύσασα τὴν Ἰνῶ φύγειν τὰ σπέρματα, ἧς εἰς τιμὴν τὴν πόλιν ὠνόμασε*, quibuscum cf. SchApoll. II, 514. *Ἀθαμάντιον δὲ πεδίον οὕτω καλούμενον περὶ τὴν Ἄλον*. Meinek. in Indice illa ad Theonis commentarium in Lycophrone retulit. Tum Theonem constat in *Nicandrum* commentatum esse: Steph. Byz. s. v. *Κορόπη* post laudatum Nicandrum ἐν *Θηριακοῖς* vs. 613. (ubi *Κοροπαῖος*) οἱ δὲ ὑπομνηματίζαντες αὐτὸν *Θέων καὶ Πλούταρχος καὶ Δημήτριος κτλ.*, SchNic. Th. 137. (de *χλοάουσα*) *Θέων δὲ ἐν ὑπομνήματι χλοάζουσα, οἰδοῦσα*. Postremo de commentario in Pindarum colligi posse videtur ex scholio ad Ol. v, 42. de *Ἰδαίων ἄντρον*, cui additum οὕτω *Θέων φησίν*. (Scholia Aratea vulgo Theoni cuidam adscripta consulto praetermissi.) In interpretandis poetis versabantur etiam *Λέξεις κωμικαί*, quas Theonem congressisse Hesychii testimonio in Praef. constat. Cujus verba οἱ δὲ τὰς κωμικὰς ἰδίᾳ (συντεθείκασι λέξεις) καὶ τὰς τραγικὰς, ὡς *Θέων καὶ Δίδυμος καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι*, quum dubium relinquunt, utrum Theo utrasque λέξεις tractaverit an alteras, ex comico ejus lexico duo frustula nomine addito supersunt: Phrynich. Epit. p. 377. *σαπράν, οἱ πολλοὶ ἀντὶ τοῦ αἰσχροῦν. Θεών φησὶν ὁ γραμματικὸς εὐρεῖν παρὰ Φερεκράτει ληρῶν. ἅπαντα γὰρ ἃ φέρει μαρτύρια ἐπὶ τοῦ παλαιοῦ καὶ σεσηπότος κείμενά ἐστιν*, tum Hesych. *Σκίταλοι* — *Θέων δὲ φησι πεπλάσθαι τοῦνομα* (sic recte Schowius, *θεῶν* et *τοῦνόμου* cod., *δεόν* et *τὸν νόμον* vulg. ex Ald.), quanquam Musurus *Θέων* voluerat, *Θέων* et τὸ ὄνομα Tan. Faber), qui locus pertinet ad Aristoph. Eqq. 634., ubi in schol. *πέπλασται ἢ λέξις*. Theonis lexicon tragicum ab Hesychio s. v. *ἀγνώτες*

respici judicavit Ruhnkenius Vol. II p. X, Meursii emendationi *Θέων* pro *Θεῶ* confisus, quam recte rejecit M. Schmidtus loco perturbato diversissimam medicinam adhibens. Itaque de Theonis lexico tragico valde dubitari potest.

Omnia haec Theonea, quae modo conguessimus, ejusdem grammatici esse varia doctrina instructi, in verbis eorumque originibus illustrandis atque in rebus mythicis historicis geographicis aequè diligentis, ad poëtas potissimum interpretandos intenti, unius dico illa esse viri satis certum haberi potest, praesertim quum de aliis Theonibus philosophis, rhetoricis, mathematicis, medicis constet, sed de grammatico (si excipis *Θέωνα τὸν γραμματικόν* Plutarch. Morr. p. 626. F. 728. F., Plutarchi amicum, qui in compluribus ejus dialogis interlocutorem agit) nullo praeter eum, ejus Apionem successorem fuisse Suidas s. v. *Ἀπίων* tradit. Recte igitur plerique magis minusve confidenter hunc illorum operum auctorem fuisse posuerunt, praecipue Bussemakerus Praef. ad SchNicand. p. 1. Temere scholia in Apollonium Aelio Theoni sophistae, Progymnasmatum auctori, tribuit Kusterus ad Suid., temere scholia in Nicandrum Theoni medico Wartonus, temere Baehrius in Paulyi Encycl. VI p. 1797. dubitat utrum Theonem mathematicum Hypatiae patrem (circa a. 360 p. Chr.) an Apionis antecessorem variorum illorum commentariorum auctorem habeat; quod Meinekius Comic. Vol. I. Aelium Theonem tanquam lexicæ comici auctorem nominat, memoriae lapsu factum videtur. Quum Apio Claudii et Neronis aetate floruerit, ejus antecessor Theo extrema Augusti aetate floruisse existimandus est, Didymi Chalcenteri, cujus Apio *Θεοπιός* fuit, aequalis; hunc vero a. 41 a. Chr. natum esse M. Schmidtus computavit, qui Theonem Didymi in condendis lexicis tragico comico consortem fuisse conjecit *de lex. com. extr.*

Quod Fritzschius p. 32. Theonem Theocriti et reliquorum illorum poëtarum interpretem lexicique comici auctorem a Theone Apionis antecessore probe distinguendum esse dicit, nulla alia causa motus dixit, quam quod Theocriti interpres in altero Etymologicorum loco *ὁ Ἀρτεμιδώρον* audit. Quum enim Artemidori discipulum intellexisset, Artemidorum autem, grammaticum illum, qui secundum epigramma Pro-

legg. II. carmina bucolica collegit, hunc ab Artemidoro Aristophaneo non diversum esse cum reliquis iudicans ideoque Aristophane paullo juniorem existimans, non potuit quin Theonem ad seculum a. Chr. secundum referret et ab Apionis antecessore discerneret. Qua in re duos errores commisit. Primum enim ὁ Ἀρτεμίδωρον minime est Artemidori *discipulus* (cf. Lehrs. post Herodiani tr. scr. p. 428.), sed filius, ut liceat ignotum aliquem Artemidorum et ab arte grammatica alienum intelligere. Deinde etiamsi ponas, Theonis patrem Artemidorum Aristophaneum fuisse, hujus aetatem potius secundum filium Theonem quam Theonis secundum Artemidorum patrem definiendam esse infra docebimus de Artemidoro disputantes.

c) *Amarantus* ut Theócriti commentator bis in Etymologicis commemoratur, quos locos inter scholia posuimus: p. 175, 14. ad IV, 57. de ἀσπλάγθος ejusque vocis etymo (Ἰ.μ. εἰς τὸν Θεόκριτον) et p. 284, 20. ad VII, 154. de διεκρανώσατε item cum originatione (Ἰ.μ. ὑπομνηματίζων τὸ ἡδύλλιον Θεόκριτον, οὗ ἢ ἐπιγραφὴ Ἀνκίδας ἢ Θαλύσια). Quod priore loco *Amarantus* docuisse traditur, conspirat cum ipso vetustiore scholio in libris tradito; contra alterius adnotationis in nostris scholiis vix ullum vestigium. Hunc grammaticum *Wartonus* reliquis assentientibus probabiliter (neque enim de ullo alio *Amaranto* grammatico constat) suspicatus est cum ipsum esse, cujus libro περὶ σκηνῆς *Athenaeus* usus est VIII, 343.e. et X, 414.f. Ex priore loco apparet eum juniorem fuisse *Juba* rege, quem a. 703 u. c. natum esse constat. Itaque primo p. Chr. seculo vixerit.

d) *Nicanor Coas* ὑπομνηματίζων in *SchVet.* commemoratur p. 239, 28. et 240, 18. ad Id. VII, 6. de fonte *Burinna*, ut dubitari possit an in solum idyllium septimum commentatus sit propter res *Coas* in eo commemoratas. *Wartono* praecunte intelligunt notissimum illum στιγματίαν, qui *Hadriani* aetate floruit, idque satis probabiliter, quoniam hic a *Suida* Ἀλεξάνδρου εἰς dicitur; nam φύσει *Coas*, θέσει *Alexandrinus* esse poterat. Tum vero distinguendi sunt *Nicanores* et *Cyrenaenus*, qui Μετονομασίας scripsit, et *Hieropolites* ὁ νέος Ὀμηρος appellatus, quos quidam cum *stigmatia* confuderunt.

e) *Theaetetus* in SchVet. bis nominatur: p. 80, 11. de origine nominis *Θύβρις* 1, 118. et p. 87, 14. ad 1, 144. de *σχιδόνες*. Prior locus; a Wartonno primo ex codicibus protractus commentatorem Theocriti sistere videtur, ut recte Wuestemannus iudicavit accedentibus Fritzschio et Duebnero p. XII.<sup>b</sup> Fritzschius hunc grammaticum existimat non diversum esse a Theaeteto Scholastico aetatis Justinianae (vid. Jacobs. Anth. Gr. XIII. p. 947.), cujus in Anthologia epigrammata aliquot extant neque ab eo Theaeteto, cujus in bibliotheca Laurentiana tractatus ineditus *περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων* teste Bandinio II p. 368., vel ab eo, cujus liber *περὶ παροιμίας* commemoratur a Photio et Suida s. v. *οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον*. Duebnerus dubitat, utrum ille intelligendus sit qui *περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων*, an alter qui *περὶ παροιμίας* scripserit. Fritzschi suspicionem de Theaeteto scholastico maxime commendat hujus epigramma AP. X, 16., quod est hominis in Theocriti idylliis versati, quo praeter bucolicum totius colorem potissimum pertinent vs. 3. *ἐπ' ἀκρεμόεσβιν* — *τέττιξ* (cf. Theocr. XVI, 94.), vs. 7. *ὑπνώει δὲ θάλασσα* (cf. Theocr. II, 33. [38.]), vs. 11. *Πριήφω*. Attamen num Fritzschius ad eundem recte librum *περὶ παροιμίας* retulerit, ideo dubito, quod Photius in lexico tam recentibus auctoribus non utitur.

f) *Munatus* sexies commemoratur, in hypothesisibus ad Id. III. VII. XVII. et in SchVet. II, 100. VII, 106. 138. In primis quatuor locis propter errores commissos castigatur, merito, si quidem absurda illa ex Munati commentariis recte relata sunt; neque Haulerus p. 17. Munati errorem chronologicum Hyp. XVII. vel ejusdem ineptum acumen in Tityro idyllii tertii Theocritum quaerens defendere debebat. De Munato ne ullo quidem aliunde constat, neque ullo nomine probabile est veriore formam esse *Μουνάτιος*, quam p. 27, 15. codicis r. Gen.<sup>b</sup> praebent, et Trallensem illum *κρητικόν* intelligendum, quo Herodes Atticus magistro usus est, vid. Philostr. Vitt. Soph. p. 538. 564.; in codicibus nomen aliquoties *Μόνατος* vel *Μένατος* scriptum. Quum vero in hypothesisibus et scholiis saepius contra Munatum quam contra quemquam alium idque acerbius disputetur, suspicio nascitur eum, cui haec scholiorum vetustiorum redactio de-

betur, paullo post Munati commentarium editum sua opera evulgata aemulum extitisse. Et hunc commentatorem ut ex recentissimis inter vetustiores fuisse credamus omnia suadent; quem aetate Justiniani floruisse, in proximis probabile reddere studebimus.

g) *Eratosthenes* in codicibus 3. 4. 5. L. hypothesis ad Id. XII. auctor esse perhibetur. Wuestemannus, qui Wartono Vol. II p. 132. credidit Eratosthenis hypothesem in 5. edita multo ampliorem esse, dubitavit an clarus ille grammaticus Cyrenaeus intelligendus esset, ipso Theocrito paullulo junior. Optime vero Fritzschius intellexit potius de Eratosthene scholastico cogitandum esse aetatis Justinianae (vid. Jacobs. ad Anthol. Gr. Vol. XIII p. 890.), cujus in Anthologia epigrammata aliquot extant. Unum enim ex his AP. VI, 78. totum bucolicum est et in imitationem Theocriti compositum, ut Fritzschius demonstravit. Epigramma hoc est:

Τῶς τρητῶς δόνακας, τὸ νάκος τόδε τάν τε κορύνα  
ἄνθεις Πανὶ φίλῳ Δάφνι γυναικοφίλα.

ὦ Πάν, δέχνησο δῶρα τὰ Δάφνιδος· ἴσα γὰρ αὐτῷ  
καὶ μολπὰν φιλέεις καὶ δύσερως τελέθεις.

In universum igitur simillimum est epigrammati Theocr. X. [II.], ubi item Daphnis Pani instrumenta sua dedicat; de singulis locutionibus ex Theocrito petitis Fritzschius potissimum contulit τὸς τρητῶς δόνακας in illo epigrammate, νάκος Id. V, 2. 9., κορύνα VII, 43. IX, 23., γυναικοφίλας item in pentametri exitu VIII, 60., δύσερως I, 85., ubi Daphnis ita a Priapo appellatur.

Eum qui hypothesis in Id. XII. scripsit probabile est etiam in plura Theocriti idyllia scripsisse, fortasse in omnia suo exemplari comprehensa, tum eundem non in solis hypothesis versatum esse, sed etiam poetae verbis commendandis operam dedisse. Quanquam Fritzschio ejus commentarii reliquias circumspicienti res male cessit. Cui primum EtM. 529, 39. (cf. EtG. 303, 31., Anecd. Bekk. p. 255.) κατὰ κόρρης — ὁ δὲ Ἐρατοσθένης ἄπασαν τὴν τῆς κερφαλῆς πληγὴν ad Theocr. XIV, 34. ἐπὶ κόρρης pertinere visa sunt; at Bernhardus rectissime, ipso lemmate κατὰ κόρρης docente, haec ad Eratosthenis Cyrenaei commentarios περιχωμωδίας retulerat p. 233, probantibus Meinekio Comm.



καὶ Ἀρτεμίδωρος ἐν ταῖς Λέξεσι φησὶ λινοῦν ὕφος δασὺ εἶναι, cf. Hesych. λάσιον, ὕφος τὸ δασύ, uti cum G. Dindorfio in Thes. distinguendum est; Hesych. Σκυρία δίκη· Ἀρτεμίδωρος ἰδίως φησὶ κτλ., quam locutionem proverbialem Pollux 8, 51. ad κωμωδοδιδασκάλους refert; Id. μίλαξ, ἡλικία. ἔνιοι δὲ μέλλα (recte corrigunt μέλλαξ). καὶ παρ' Ἐρμίππῳ ἐν Θεοῖς (fr. 10. Mein. II p. 310.), ἀγνοήσας Ἀρτεμίδωρος· ἐκεῖ γὰρ μίλαξ ἐστίν; Phot. τευτάζειν: . . . . καὶ Ἀρτεμίδωρος τὸ φροντίζειν, compluribus comicorum locis appositis; SchArist. Vesp. 1144. χόλιξ: . . . . τοῦτο δὲ Ἀρτεμίδωρος (Ἀρτεμίδωρον v., ὑπὸ τεμίδωρον G.) λέγει τὰς ἐπὶ τῆς κοιλίας λεγομένας χολάδας; Ibid. 1169. διασαλακώνισον: . . . . ἐν δὲ τῇ Ἀρτεμίδωρον συναγωγῇ διασαλακώνισον; Ibid. 1239. Ἀδμήτου λόγον: . . . . Ἡρόδικος δὲ ἐν τοῖς κωμωδομένοις καὶ τὸν Ἀδμητον ἀναγέγραφε παρθεῖς τὰ τοῦ Κρατίνου ἐκ Χειρῶνων (fr. 10. Mein. II p. 154.)· Κλειταγόρας ἄδειν, ὅταν Ἀδμήτου μέλος ἀνύλῃ· Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Χαίριδος, ὡς Ἀρτεμίδωρός (Ἀρτεμίδωρον v.) φησὶ, περὶ μὲν τῆς Κλειταγόρας τῆς ποιητρίας, ὅτι ὡς ἀνδρῶνυμον ἀναγέγραφε Κλειταγόραν, Ἀμμώνιος ἀπελέγχει αὐτόν, περὶ δὲ τοῦ Ἀδμήτου παρεῖχεν. αὐτὸς δὲ φησὶ Φανόδημον λέγειν κτλ.; SchVen. Arist. Pac. 344. συβαρίζειν: . . . . Ἀρτεμίδωρος ἀπλῶς θορυβεῖν. Tot Artemidori interpretationes ad varios poetas comicos pertinentes, Cratinum (nam hunc potius in sch. Vesp. 1239. Artemidorea spectant quam Aristophanis locum illum, in quo Clitagora non nominatur), Aristophanem, Hermippum, Theopompum, alios Artemidoro lexicon comicum vindicarent, etiamsi Erotianus non diserte ejus Λέξεις laudaret, sch. Vesp. 1169. Συναγωγὴν. Intellege cum librum Λέξεις κωμικαί inscriptum fuisse, qui recte etiam συναγωγὴ λέξεων κωμικῶν dici poterat, ut Dorothei Ascalonitae commemoratur λέξεως συναγωγὴ Athen. VII, 329. d. et Eugenii συλλογὴ λέξεων Steph. Byz. s. Ἀνακτόριον, atque lexicon rhetoricum Anecd. Bekk. I p. 319. inscriptum est συναγωγὴ λέξεων κτλ. Paucissima alia supersunt, quae Artemidoro grammatico tribui oportet. Primum EtM. 142, 43. ἀρισκύδης, ἥ ὀργίλη παρὰ τὸ ἀρι καὶ τὸ σκύζεσθαι, ἢ ἄγαν σκυζομένη. οὕτως Ἀρτεμίδωρος, quae haud dubie pertinent ad Callimachi Αἴτια fr. 105, ubi Juno dicitur ἀρισκύ-

δης εὔνης Διός. Deinde Cyrill. Anecd. Paris. IV, 193, 21. φιλήτης, ὁ κλέπτης. κακῶς δ' Ἀλεξίων καὶ Ἀρτεμίδωρος ἐτυμολογοῦσι παρὰ τὸ ῥαδίως ἀφίστασθαι (?), quae originatio ubi ab Artemidoro prolata sit, minus apparet; vox φιλήτης vel φηλήτης neque in comicorum neque in Callimachi reliquiis legitur.

b) *Maximi Planudis* siglum teste G. Wolfio in Borb. saepius scholiorum columnae exteriori eique minori adscriptum conspicitur; ibidem ad Id. x. init. διηγητοῦ Μαξίμου. Lips.<sup>a</sup> ad notas dialecticas prolegomenis additas p. 8, 22 seqq. in margine idem illud Maximi siglum habet; qui liber in Prolegomenis a recentiore manu additis summopere cum Borb. conspirat. Leguntur autem illa Planudea de dialecto, quantum cognitum est, in codicibus s. 1. E. F. H. N. Borb. Gen. Lips.<sup>a</sup> (adde t. et Laur. LVIII, 19. teste Bandinio), nec fere dubito quin etiam in 2. extat, qui liber in Prolegg. cum Borb. Lips. arctissime conjunctus est. Quum igitur suspicari liceat codices 1. 2. E. F. H. N. Gen.<sup>a</sup> etiam in scholiis Planudea habere, de Gen.<sup>a</sup> aliud argumentum accedit. Quum enim scholium p. 31, 3. ad Id. 1, 1. in Lips. Prolegomenorum parti Planudeae adhaereat (nec minus in 1. inter Prolegomena post III. extat), unde intelligitur non Moschopuli esse, sed Planudis, idem in Gen.<sup>a</sup> primum est inter scholia ad Id. 1., neque aliter teste Bandinio in Laur. LXXXVI, 25., ubi perinde atque in 1. epigramma illud Prolegg. III. proxime antecedit, sed ita ut hypotheses claudat. Apparet eos, qui Prolegomena cum hypothesis ad Id. 1. in Lips. et eorum recentiorē partem in 1. addiderunt, scholium illud, quod in exemplaribus redactionis Planudeae, quibus usi sunt, deinceps sequeretur, incogitantes addidisse. Idem scholium in Call. extat, unde Calliergum etiam Planudeis scholiis usum esse intelligitur. Planudem autem, qui circa a. 1320—1350. floruit Moschopulo Cretensi aliquanto



junior, hujus scholiis ad Id. I—VIII. ita usum esse ut quaedam de suo adderet, alia fortasse mutaret, inde colligi potest, quod omnes libri, quos Planudea scholia tenere aut certum est aut conjici potest, simul Moschopulea tenent; nam etiam Laur. LVIII, 19. habet scholium p. 257, 1., Laur. LXXXVI, 25. scholium p. 191, 12., quae Moschopuli esse ex Lips. colligimus. Satis vero pauca scholia Moschopuleis a Planude addita videntur; neque enim ex scholiis Calliergi (si hunc Id. I—VIII. nullis recentioribus scholiis praeter Moschopulea nisi Planudeis usum esse ponimus) eo fere alia retulerim praeterquam haec a libris vetustiorum scholiorum, quantum constat, et a Lips. aliena: p. 39, 7. de *λῆς* (eadem brevius in Gen.<sup>a</sup> p. 40, 3.), p. 41, 23. de *μεσημβρινόν*, p. 46, 22. etiam in Gen.<sup>a</sup> de *κεκονισμένος*, de qua voce scholium Moschopuleum in I. M. Y. Lips. p. 47, 3. extat (illius initium Planudes ex Moschopuleis ad Hom. II. hausit cf. Adn.), p. 70, 28. de *ὠπόλος*, p. 123, 23. de amoris natura, p. 130, 11. de Assyriis, p. 138, 11. de *σμήχω* et *σμήχω*, p. 147, 18. etiam in Gen.<sup>a</sup>, cujus scholii ultima ex Moschopuleis ad VIII, 65. transsumpta sunt (nisi forte totum scholium Moschopuli est, casu in Lips. omissum; attamen hic pro *ὠς*, nisi fallor, *λίαν* positurus erat cf. l. 18.); p. 175, 2. de *ἀνήλιπος* (etiam Gen.<sup>a</sup> Phav.), quibus similia in E. leguntur l. 5; p. 192, 2. de *ἐπύριζον* euphemistice, p. 195, 1. de *στασῶ*, p. 195, 14. (nisi haec paraphrastica in Lips. casu desunt), p. 197, 5. (etiam in M. 23.), cujus loci interpretatio Moschopulea deinceps sequitur, et l. 8, p. 218, 4. et l. 10. (etiam in L. inter lineas), cujus loci aliae interpretationes in Lips. extant l. 13. 23; p. 218, 19., a quo scholio discedit gl. *ἐκάρων* in Lips.; p. 219, 3. inde ab *τὸ δὲ φριμάσσει* post Moschopulea, p. 227, 1., p. 228, 5. et l. 24. (cf. gl. L.) post Moschopulea, p. 229, 2. et 6., p. 235, 10. etiam in E., p. 252, 6. inde ab *τὸ ἔφα*, post Mosch., p. 258, 11. de *ἄνηθον* et *ἄνισον*, p. 261, 2. de *τρύξ*, p. 291, 10., p. 298, 22. Pleraque horum scholiorum leviusculas observationes grammaticales continent, quocum comparandum, quod in I., quem librum scholia Planudea tenere supra probabile redditum est, teste Wolffio ad scholia Kiesslingiana accedunt notae grammaticales de formis verborum. Quaedam scholia para-

phrasin exhibent, alia quasi aethetica sunt, ut hodie dici solet, p. 123, 23—227, 1—228, 24., quo cum loco egregie conspirat sch. p. 320, 3. item me iudice Planudeum ad x, 19. 20. Haud pauca illorum scholiorum Moschopuleis adhaerent, ut ea a Planude aucta esse videantur, cui fortasse etiam illa eam orationis continuitatem aliquoties debent, qua in Call. utuntur. Ceterum pars illorum a nobis tum minus recte, ut nunc videtur, iudicantibus inter SchVet. posita est; neque enim raro dubitari potest de scholiis Calliergiianis a Gen.<sup>b</sup> et Lips. alienis, utrum ad secundam vetustiorum familiam referenda sint an ad Planudem. Aliquot ex illis scholiis, quae Planudi tribuere visum est, in his codicibus extare cognoscuntur: Gen.<sup>a</sup> p. 31, 3—39, 7—46, 22—147, 23—175, 2.; E. p. 175, 2—235, 10; 23. M. p. 197, 5.; postremo L. super lineas p. 218, 10. et partim 228, 24., in quo libro non dubito quin haec recentioris manus sint.

Planudem etiam in idyllia ultra octavum commentatum esse, a Moschopulo neglecta, ex ejus siglo in Borb. ad initium decimi appposito apparet, quod mihi ad ipsum primum scholium p. 312, 14. pertinere videtur. Consentaneum est eum ad haec multo plura de suo dedisse. Jam vero quum inter libros exceptis iis, qui Tricliniana scholia habent, nulli ad Id. x seqq. scholia recentioris speciei teneant praeterquam codices arctissime conjuncti E. N. (quibus adhaerent pauciora ex F. et r. prolata) et ad Id. x—XIII. editio Calliergi, suspicio nascitur horum librorum scholiis recentioribus inde ab Id. IX. Planudea subesse. Et Calliergum illa codicum familia usum esse inde colligi potest, quod ejus scholia recentiora ad Id. IX—XIII. in nullis alijs libris extare cognoscuntur praeterquam in N. p. 336, 11. et in r. pag. 365, 8. cf. lin. 29. Accedit quod paraphrasis Calliergiana aliquoties egregie conspirat cum illorum librorum lectionibus, ut XI, 49., ubi scholium cum codice F. *καὶ κύματα* commune habet, deinde XIII, 40., ubi *θρύα* cum k. h. r. v. 10. F. Vind., ex quibus h. r. v. F. inter se et cum E. N. arcte juncti sunt. De indole scholiorum illorum Calliergianorum ad Id. IX—XIII., quae Planudi vindicare audemus infra dicetur §. 6. Hoc autem satis certum habemus, Planudem multo saepius Moschopulo scholiis vetustioribus usum esse, ad

quae etiam scholium illud apertius Planudeum in Id. I, 1. respicit.

c) Scholia *Demetrii Triclinii*, qui Planudis aequalis fuit aut paullo junior, maxime in codice M. servata sunt, cujus inscriptionem „*τοῦ σοφωτάτου Κυροῦ Μανουὴλ Μοσχοποῦλου σχόλια καὶ Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου*“ supra commemoravimus. Habet autem hic liber primum scholia metrica Triclinii nomine inscripta ad omnia idyllia quae insunt, uno ut videtur Inc. VI. excepto, praeterea alia scholia Triclinio nominatim vindicata ad Theocr. I—VIII. nulla, ad Theocr. IX—XVII. haud ita pauca, ad reliqua carmina rarissima. E reliquis libris potissimum Gen.<sup>a</sup> scholia Triclinii nomine in M. inscripta communia habet, et metrica ad Id. VI—XIII. et reliqua ad Id. IX—XIII. omnia, auctoris tamen nomine nusquam addito. Codex P. teste Duebnero scholium metricum ad Id. I. tenet. Codex Q. in Theocr. XI. quaedam scholia Tricliniana non metrica cum M. et Gen.<sup>a</sup> communia habet, quae apparet non posse primae manus esse, quum hic liber a. 1298. scriptus sit. Codex M., qui etiam textus recensione Triclinianam exhibet, a Triclinii autographo proxime abesse existimandus est; codices Q. et Gen.<sup>a</sup> recentiorum Triclinianorum redactionem sequi videntur, cf. p. 331, 1., ubi quartum *φαρμάκων* genus, τὸ βρωτόν, quod in M. non commemoratur, haud dubie postea additum est. Patet autem ad Theocr. I—VIII. Triclinium in scholiis Moschopuli fere acquiescisse (ejusdem vestigia in commentariis Pindaricis legit, vid. SchPind. p. 117. 188. Boeckh.), nihil fere addentem nisi scholia metrica et selecta quaedam ex SchVet., contra in carmina a Moschopulo neglecta plus operae impendisse et vetustiora scholia plura repetentem et benignius de suo addentem. Plura de Triclinii scholiis infra dicemus.

d) De *Pindaro*, cujus nomen scholiis Genevensibus inscriptum est, nihil constat; nomen celeberrimum a librario temere praefixum esse etiam credibilius est, si Seneberius de Dionysio Thrace in eadem inscriptione per vanam ostentationem commemorato recte tradidit. Nec magis quidquam compertum habemus de *Lampridio*, cujus expositio in Theocritum teste Montefalcono Bibl. bibl. p. 519. in bibliotheca Ambrosiana asservatur.

2) Fuisse autem praeter illos tresviros etiam alios recentiorum Byzantinorum qui in Theocritum commentarentur, libris qui scholia recentiora continent in familias suas distributis satis apparet:

I. Codices. sola fere, ut videtur, Moschopulea scholia tenentes: 1. S. Lips.<sup>a</sup>, ad octo prima idyllia I. Y. et in ea parte, quae scholia recentiora habet, P. Cum Lips.<sup>a</sup>, purissimo Moschopuleorum fonte, hic eos codices conjunximus, unde paucissima afferuntur ab illo aliena; quanquam propter collationes parum accuratas error proclivis est. Et codicem 1. etiam in scholiis Planudea habere, ut in prolegomenis, aliqua suspicio est, ut supra indicavimus; eodem retuleris, quod p. 198, 11—200, 1. inde lectiones ad SchVet. commemoratur, nisi permutatio siglorum subest. Ex 8. paucissima relata sunt. Codex I. ad Id. I—VIII. pauca quaedam peculiaria habet, ut p. 33, 8. 10—40, 6. (ad SchVet. p. 183, 9. Gailii errore commemorari videtur cf. lin. 11.), ad sequentia vero idyllia excerpta ex SchVet. Ad eadem in Y. glossae aliquot marginales extant.

II. Eadem Moschopulea paucis quibusdam accedentibus (partim ex SchVet.) sunt in 7. 23., quibuscum M. ita conspirat, ut praeterea multa alia habeat vid. fam. VI. Horum librorum conjunctio apparet ex scholiis p. 196, 4—207, 15. in 7. 23. M. et p. 187, 5. in 7. M. Codices 23. M. praeterea multas glossas communes habent (ex 7. paucissimae prolatae sunt), aliquoties accedente K., qui cum M. conjunctissimus est, saepe etiam codice P., rarius H. et E. N. Eidem glossarum familiae adhaeret Lips.<sup>a</sup> in glossis initio idyllii primi a recentiore manu superscriptis. Praeterea in Gen.<sup>a</sup> quaedam e glossis hujus familiae inter scholia receptae sunt, ut p. 54, 13. cf. p. 53, 24. et p. 58, 11. cf. lin. 22. Raro codex 6. in scholiis (iis puto quae in margine sunt) et glossis adhaeret, ut p. 197, 17. (6. 23. M. Gen.<sup>a</sup>), p. 203, 21. (ex 6. 23.), p. 90, 19. (6. K. M.). Aliquoties quae huic familiae peculiaria sunt, cum Moschopuleis conjuncta leguntur, modo his praemissa ut p. 39, 27—56, 27—69, 25—, 184, 23., modo postposita ut p. 52, 24—187, 3. Ceterum in hanc scholiorum familiam etiam quaedam ex vetustioribus recepta

erant, ut in 23. varia lectione docente scholia p. 31, 24. et p. 43, 2., quorum hoc etiam in M. extat.

III. Moschopulea novis quibusdam additis (glossis potissimum), partim ex SchVet. ut p. 195, 15., habet H. Aliquoties cum hoc Gen.<sup>a</sup> conspirat, ut p. 46, 10—90, 8—121. Longius scholium absurdissimum p. 202, 13. H. cum Q. commune habet, de quo infra dicemus fam. VII. In glossis codicem H. aliquoties familiae II. adhaerere supra indicavi.

IV. Quartae familiae primarius liber est 6. (intellige scholia in calce posita; nam ex margine pauca ducta videntur), qui cum Moschopuleis multa alia scholia recentiora tenet. Ad Id. II. III. peculiaris illa saepe codici 2. communia sunt, qui praeterea et ipse haud ita pauca propria habet. Alia quaedam scholia codici 6. cum Gen.<sup>a</sup> communia sunt, ut p. 114, 21—115, 15—150, 27—180, 6. et accedentibus E. N. p. 160, 10.; sed haec potius in margine codicis 6. legi suspicor, cujus rei de ultimo jam supra §. 2. argumentum protulimus. Itaque haec fortasse potius ad fam. II. pertinent aequae ac scholium p. 197, 17. ex 6. 23. M. Gen.<sup>a</sup> Ad Id. IX. (cujus in calce codicis 6. nulla scholia extant) ex cod. 2., qui Id. I—IX. complectitur, non constat de scholiis in ullo alio libro lectis, sed peculiaris illi soli afferuntur p. 305, 11. 18—306, 9. Uterque codex, 6. et 2., secundum varias lectiones prolatas quaedam ex SchVet. admixta habet, cf. de 6. pag. 54, 15—57, 13. 81, 14—101, 18—139, 16., tum de 2. pag. 36, 9—46, 18—105, 9—146, 22. Attamen de 2. non credo, quum siglorum permutationes aliive errores subesse videantur, vid. Var. Lect. De codice 6. veriora relata esse videntur; pertinent autem haec, nisi fallor, ad scholia marginalia, quum etiam glossae hujus codicis aliquoties cum libris vetustioris generis conspirent, ut I, 49. 61. 62. 98. (cf. lin. 17.) 102. IV, 58. V, 43. 48. Multae utriusque codicis glossae Moschopuleae sunt, multae alterutri, quantum constat, propriae. Aliquoties glossae codicis 2. cum scholiis codicis 6. conspirant ut II, 102. 137. 156., raro cum ejusdem glossis ut I, 9. III, 1. Ceterum scholia huic familiae propria non malae notae sunt, quauquam in testimoniis apposis non major doctrina spectatur quam apud Moschopulum. Ex p. 113, 5. apparere videtur auctorem illo-

rum scholiorum post Moschopulum scripsisse, quum ibi in 6. scholiolum Moschopuleum additamento non indocto auctum sit. Licet autem fortasse de Thoma Magistro suspicari, cujus scholia etiam ad Pindari Olympia in codicibus Vrat. C. Mosc. B. Matr. (vid. Boeckh. Vol. II p. 3.) et ad Sophoclis Aj. El. OR. in codice Marciano (vid. Fabric. ed. Harl. II p. 217.) cum Moschopuleis conjuncta leguntur; constat autem Thomam sub Andronico II. floruisse, Moschopulo Cretensi paullo juniorem. Quicumque vero haec scholia scripsit, in Theocr. I—IX. commentatus esse videtur, ut Moschopulus in I—VIII. Ceterum codicis 6., quem Dorvillius ad sec. XII., Zieglerus ad sec. XIII. retulit, scholia certe non ante extremum sec. XIII. scripta esse apparet.

V. Moschopuleis ad Id. I—VIII. haud pauca nova scholia addita sunt in E. N., partim ex utroque partim ex alterutro allata; accedunt multa breviora scholiorum Moschopuleorum augmenta. Nec pauca ex SchVet. admixta sunt, de quibus potissimum ex codice E. accuratius collato constat. Aliquoties eadem ex F. referuntur, qui codex cum E. N. conjunctissimus est. Raro scholia recentiora horum librorum non Moschopulea aliis codicibus communia sunt, ut E. M. p. 127, 8—131, 2., E. M. N. p. 281, 19., E. N. Gen.\* p. 131, 5., \*E. \*N. Gen.\* p. 261, 8., \*N. Gen.\* p. 245, 20., 6. E. N. Gen.\* p. 160, 10., \*M. \*N. Gen.\* p. 257, 9., quae scholia partim ad fam. II. revocari posse videntur. In scholio p. 133, 17. ex E. Y. Gen.\* cognito dubito an Y. errore pro N. scriptum sit. Ad idyllia post octavum, quorum in E. solum Id. xv. extat, accedente inde ab Id. XIV. codice r., praeter quaedam ex SchVet. ducta in E. N. r. aequae haud pauca scholia leguntur his libris propria, aliis ex SchVet. haustis. Ceterum huic familiae Planudeam redactionem subesse videri supra indicavi.

VI. Familia sexta Triclinianam scholiorum redactionem habet, de qua supra dictum. Cum M., qui eam integriorem exhibet, codex Gen.\* in Id. I—V. praeter Moschopulea et pauca secundae familiae e recentioribus debita, vid. supra (quo refero etiam additamenta p. 211, 7. et p. 218, 15. cf. l. 25., et scholiolum p. 120, 14.) nihil commune habet nisi scholia mythologica ad extremum idyllium tertium a) ad

vs. 40—42. de Atalanta p. 147, 1., b) ad vs. 43—45. de Melampode p. 148, 1. et 149, 20., c) ad vs. 49—51. de Endymione et Iasione p. 152, 1. et 6. Quorum ex ipsis locis apparet cur excepta sint. Quum enim in M. Id. III. medium legatur inter Id. VII. et VIII., in cognato codice, quo librarius ejus libri, unde Gen.<sup>a</sup> manavit, inde ab Id. VI. usus est, scholium de Atalante cum scholio Moschopuleo de Melampode p. 150, 1. in margine usque ad extrema idyllii descendisse videtur. Itaque cetera scholia de Melampode inferius ad initium idyllii VIII. adscripta erant, unde factum ut in Gen.<sup>a</sup> post hujus hypotheses legantur; reliqua vero scholia ad extremum idyllium pertinentia ad initium carminis post Id. VII. et fortasse in alia loca, ubi spatium superesset, trajecta erant, unde factum ut in Gen.<sup>a</sup> scholia cum M. conspirantia de Endymione et Iasione scholiis ad Id. VII. adhaereant. Unum igitur scholium de Atalanta a librario illo, quum in exemplari suo Tricliniano post Id. VII. in Id. XI. incidisset, ita arreptum est ut scholiis ad hoc jam scriptis ultimum adjiceretur. Inde ab Id. VI. Gen.<sup>a</sup> cum M. non solum scholia metrica Triclinii communia habet, sed etiam reliqua omnia illius nomine inscripta et plurima alia a ceteris familiis aliena, praeterea scholia vetustiora eadem recensione usa, multa quoque quae in M. super lineas scripta sunt. Inde ab Id. X. etiam Q. ad hanc familiam accedit. M. Q. Gen.<sup>a</sup> Triclinii nomine in M. addito haec scholia communia habent: p. 332, 25. 336, 18. 337, 18. 340, 16. (omnia ad Id. XI.), praeterea sine Triclinii nomine p. 321, 9. ad Id. X. p. 354, 3. 358, 13. 363, 21. ad Id. XIII., et \*M. Q. Gen.<sup>a</sup> p. 335, 1., M. Q. p. 362, 29. Conjunctio horum codicum aliquoties etiam in lectionibus scholorum vetustorum spectatur. In P., ubi scholium metricum ad Id. I. extare dicitur, praeterea nullum operae Triclinianae vestigium reperiri videtur. — Triclinium scholiis vetustioribus usum esse ex compluribus scholorum ejus nomine inscriptorum patet, nec dubitari posse videtur quin ipsa scholia *παλαιά*, quae in M. et cum hoc in Gen.<sup>a</sup> vel Q. leguntur, haud raro illius manum emendatricem experta sint. Et in his quidem codicem familiae tertiae scholorum vetustiorum sequutus est et eum, nisi fallor, simul scholiis recentioribus familiae secundae instructum;

nam hujus codex 23., quocum M. aliquoties, ut supra indicavimus, in scholiis nec raro in glossis conspirat, in poëtae verbis cum p. 3. arcte conjunctus est. Nec fere dubito quin Planudea quoque scholia asciverit, quanquam ejus rei vestigia minus aperta sunt. Multa autem scholia huic sextae familiae propria, quae Triclinii nomine carent, partim ipsi Triclinio deberi videntur levioribus nomen suum addere spernenti, partim (praesertim quae in M. super lineas leguntur) ei grammaticulo sectae Triclinianae, qui codicem M. exaravit. De qua re accuratius quaerere operae non pretium est. — De codice Gen. hoc loco dicendum duco, cur in Id. x. eam interpretationem, quae in libro prior est, Gen.<sup>b</sup> dixerim, posteriorem vero Gen.<sup>a</sup>. Quum enim scholia Tricliniana et reliquus consensus cum M., quibus in ceteris prior interpretatio Gen.<sup>a</sup>. insignis est, ad hoc idyllium potius in posteriore spectentur, illa vero idem genus scholiorum vetustiorum habeat, quod praeterea posterior, satis apparet librarium casu aliquo interpretationum ordinem ad hoc idyllium permutasse. Nec minus apparet ad Id. XIII seqq. unicam interpretationem, quae in codice extat, Triclinianis carentem ad Gen.<sup>b</sup>. referendam esse. Ceterum Gen.<sup>a</sup>, quem ex variarum familiarum libris consarcinatum vidimus, praeterea peculiariora habet haud pauca, quorum magna pars ex Suida exscripta est.

VII. Septimam familiam agnosco in Q., qui liber praeter scholiorum vetustiorum partem et quaedam cum recentiorum familiis tertia et sexta communia etiam aliquot scholia propria habet non malae notae, sed quae inter scholia vetustiora numerari posse non videantur, ut p. 76, 10. 86, 26. 180, 12. 188, 10. 193, 17. 195, 17. 205, 4. 209, 1. 222, 20. 223, 11. 228, 20. 268, 11. 283, 3. 287, 5. 296, 16. Moschopuleorum nihil inest.

De aliis libris minus constat quam ut ad certas familias referri possint. Ex quibus unum commemoro Bar., unde praeter SchVet. semel varia lectio ad scholium Moschopuleum affertur §. 32, 2., plura autem scholia recentiora nulli alii libro communia, ut p. 72, 1. (quod errore inter SchVet. positum est ex Stobaeo transsumptum) 133, 14. 150, 8.



§. 6. De Scholiorum Vetustiorum et Recentiorum discernendorum ratione et de editionis Calliergianae fontibus.

1) Ad Scholia Vetustiora primum omnia retuli scholia, quaecunque in codicibus k. p. 3. 4. 5. L. (in hoc ad Id. v—vii.) Can. Gen.<sup>b</sup> Vulc. legi constat, neque de plerisque eorum dubitatio esse potest. Mirum tamen foret ni etiam in his libris quaedam inessent a recentibus librariis addita, quae aliquoties tanquam interpolata circumscriptimus. Rarissime tamen inveniuntur, quae cum libris sola SchRec. tenentibus conspirent nec puto nisi collatorum vel editorum errore. Ut codex 5. bis affertur ad scholium Moschopuleum p. 209, 21., ubi illud siglum pro S. scriptum esse suspicor; deinde ad sch. Mosch. p. 44, 15., qui locus potius ad lin. 2. pertinet, ut ex Gen.<sup>b</sup> apparet; ex 4. 5. ad τῆς μιξέως in sch. Mosch. p. 126, 21. affertur varia lectio τῆς συνουσίας, quae verba potius ex alio scholio vetustiore sumpta esse p. 128, 1. codices P. Gen.<sup>b</sup> docuerunt. Item siglum 4. falsum esse videtur ad p. 104, 7. (ubi male pro eo 23. posui, quo libro Sanctamandus ad Id. II. non usus est) et p. 118, 3. Ad sch. p. 138, 4., ubi idem bis comparet, eae lectiones fortasse ex codicis 23. glossa interlineari petita sunt; nam scholia marginalia ad hoc idyllium non habet.

2) Ad SchRec. retuli, quaecunque scholia in codicibus 1. 2. 6. 7. 8. 23. E. H. I. (in hoc ad Id. I—VIII.) N. T. Y. Lips. extant neque gravibus aliorum librorum testimoniis ad SchVet. vindicantur. Hi enim libri aut nulla scholia vetustiora habent aut paucissima, vid. supra §. 5. Scholium p. 235, 7., quanquam solius E. est, ad SchVet. traxi, quia praecedentis varia lectio est.

3) Quum inter illos libros de solis k. Gen.<sup>b</sup> Lips. accurate constet, quae scholia teneant, quae non, his potissimum in separandi opere insistendum erat; si quod scholium propter varias lectiones ex aliis codicibus prolatae inter SchVet. vel inter SchRec. retulimus, aliquoties dubitatio superfuit, quibus finibus circumscribendum esset. Major vero difficultas in eis scholiis est, quae in solis libris inter SchVet.

et SchRec. ambiguis leguntur, codices potissimum dico M. P. Q. Gen.<sup>a</sup> et editionem Calliergianam. Ex his propter ipsorum indolem scholiis vetustioribus adscripsi, quaecunque ex solo P. tradita sunt ut p. 55, 4—116, 9., contra recentioribus, quae ex uno Q., excepto scholio p. 244, 14., quod praecedentium variam lectionem continet. Scholia solis libris M. Gen.<sup>a</sup> et partim Q. communia ad SchRec. retuli ut Triclinio vel ejus scholae debita, praeterquam si qua cum scholiis vetustioribus aliunde cognitis ita conspirant, ut horum variam lectionem continere videantur Triclinio antiquiorem, ut p. 147, 1. cf. schol. praec. et p. 324, 17. cf. lin. 12. Eadem causa motus quaedam scholia ex solo M. vel Gen.<sup>a</sup> cognita inter SchVet. posui, quo praeterea aliquot paraphrases codicis M. ad Id. xv seqq. traxi p. 403, 19—407, 10—428, 11., quia vetustiorum potius scholiorum specie utuntur quam Triclinianorum; reliqua ex altero horum librorum tradita recentiora visa sunt. Verum haud raro de scholiis illorum librorum in utramque partem judicari posse, nemini mirum videbitur.

4) Ut de iis scholiis recte judicetur, quae aut ex sola editione Calliergiana cognita sunt aut uno alterove ex illis codicibus ambiguis accedente, antea de Calliergi fontibus quaerendum est. Qui quum in operis inscriptione professus sit se scholia *ἐκ διαφόρων ἀντιγράφων* collegisse, duo codices primo obtutu distingui possunt. Ad initium enim idyllii primi Calliergus scholiis ex alio exemplari desumptis aliquoties praemisit *ἐν ἄλλῳ* sc. *ἀντιγράφῳ*, quum *ἄλλως*, quod in reliquis comparet, ambiguum relinquat, utrum scholium alterum in eodem libro an in alio inventum sit. Illud vero *ἐν ἄλλῳ*, quater positum p. 31, 3—36, 18—38, 5—44, 10., ubique scholio recentiori praefixum est post vetustius allato. Illorum primum Planudeum est, ut supra docui, reliqua Moschopulea, sed quae etiam a Planude recepta fuisse credibile est; et Planudis manum in eo agnosco, quod p. 37, 4. Moschopuleis quaedam ex SchVet. petita adjecta sunt, quae apud Calliergum bis leguntur. Neque omnino satis causae video, cur Calliergum pluribus scholiorum recentiorum libris usum esse existimem quam uno Planudeae recensioneis, quod Id. I—XIII. complecteretur, vid. supra §. 5, 1. 6. Alter Cal-

liergi codex, de quo dubitari non potest, erat secundae familiae scholiorum vetustiorum, ut apparet ex multis scholiis et lectionibus cum hac familia communibus, cf. supra §. 4, 4. Videtur autem is liber codici 3. similis fuisse, aliquot scholia prioris familiae addita habens, cf. praeter exempla ibidem proposita p. 48, 15. 16—79, 7. 9—151, 13. 18—198, 19. 23—204, 3. 4. et l. 11. 15—213, 15. 18. Nec minus ad mixtum ejus generis librum retuleris lectionem in longiore scholio de Melampode p. 148. ex utraque familia confusam. Alia ex fam. II. derivata crediderim Planudeo illi exemplari deberi, quum aliquoties recentioribus scholiis adhaereant, ut p. 181, 14. cf. l. 7. et scholium alterius familiae l. 4—p. 230, 14. cf. 229, 22., quod scholium etiam in E. Moschopuleis adhaerere videtur. Nihilominus vix fieri potest quin Calliergus etiam codicem prioris familiae usurpasse existimetur, et eum quidem cum optimo k. conjunctiorem et ab reliquis ejus familiae libris remotiorem. Primum enim Calliergus scholia vetustiora etiam ad Id. II. XIV—XVIII. exhibuit, quae in genuina familia secunda non extant. Ea vero in his ipsis partibus lectionem a codicibus haud leviter discrepantem habent, sed in scholiis ab Eudocia receptis p. 372, 3. et 394, 12. notabilem in modum cum hujus lectione conspirantem, id quod maxime apparet p. 372, 9., ubi Call. cum Eudocia male *ζητηταί*, p. Can. Gen.<sup>b</sup> (in M. haec desunt) cum Photio et Suida recte *ζηλωταί*, tum p. 395, 3. Idem cum Eudocia consensus etiam magis patet in scholiis de Pane p. 34, 19. et de Carneis p. 199, 15 seqq., in quibus Call. cum illa et contra familiam alteram et contra prioris libros collatos conspirat. Ea vero omnia et alia in SchVet., quae ex fam. II. repeti nequeunt, manasse ex aliquo libro cum k. prope cognato, inde colligi potest, quod in scholiis ad Id. IV, ubi de k. constat, hic non raro cum Call. facit reliquis codicibus, de quibus constat, adversantibus, ut p. 158, 8—159, 3. 5. 19 seqq.—161, 6. 14—163, 18—165, 17—169, 18—172, 4—177, 1—178, 20; quanquam de codicis p. lectione in his omnibus locis non relatum est.

5) Quum igitur Calliergum ex scholiis recentioribus sola Moschopulea et Planudea habere existimem, primum quae scholia in Call. et Q. legi constat, quum hic ab illis alienus

sit, inter SchVet. posui ut p. 30, 17—186, 14—234, 14—251, 2. Deinde quum M. et Gen.<sup>a</sup> ad Id. vi seqq. cum Call. nullæ scholia communia habere possint nisi vetustiora (nam a Triclinianis Call. prorsus abhorret), quaecunque ibi praeter Call. etiam in M. vel Gen.<sup>a</sup> leguntur, ea omnia ad SchVet. traxi, ut p. 313, 6. in Call. M. Gen.<sup>a</sup>, p. 315, 2. 7—322, 17. in Call. Gen.<sup>a</sup>, p. 335, 5—428, 7. in Call. M. Ad Id. i—v. scholia Call. Gen.<sup>a</sup> aut vetustiora haberi possunt aut Planudea, ut hic arbitrio quodam agi oportuerit. Dubitari potest etiam de scholiolo p. 191, 11. ex Call. M. et scholio p. 197, 5. ex Call. 23. M., quae inter SchRec. posui Planudem, unde Call. hausit, secundae familiae scholiorum recentiorum aliquo libro usum esse opinatus.

6) Gravissima quaestio est de multis illis scholiis ex sola Call., ut nunc res est, cognitis. Ex quibus eorum, quae ad Id. i—VIII. pertinent, pleraque inter SchVet. recensui, quia horum fere indolem prae se ferunt, partim cum scholiis vetustioribus aliunde cognitis ita conspirantia, ut aliam redactionem contineant, ut p. 31, 8. cf. lin. 20, p. 54, 21. cf. lin. 17. etc. Quorum pleraque haud dubie ex familia secunda scholiorum vetustiorum manarunt, cujus de scholiis non constat, praeterquam si quae variae lectiones ex ejus libris allatae sunt; unde factum ut ad Id. II., ubi familia illa deficit, in Call. paucissima scholia vetustiora extant, quin in aliquo codice legi compertum sit: p. 118, 6—123, 2—131, 11. Inter SchVet. etiam ea posui, quae ex Etymologico transsumpta sunt p. 32, 12—45, 3—53, 6. 8—55, 7. 9. 15—58, 19—193, 3., alicui codici vetustioris generis ea adscripta fuisse inde colligens, quod Vule. alia quaedam habet ex eodem fonte hausta p. 58, 6—66, 21. Ceterum quaedam ex illis scholiis Calliergianis, minus vetusto colore imbuta, me nunc Planudeis accensere malle supra monui.

Ad Id. IX—XIII. in Call. multo etiam plura leguntur, de quibus ex aliis libris non constat, eaque maximam partem recentiorem originem redolentia. Eo primum pertinet metaphrasis Moschopuleae simillima, unde pleraque extant ad Id. XII., ubi soli ultimi versus 34—37. non expressi sunt, et ad Id. XIII., ubi soli versus 45. et 57. neglecti; pauciora ad Id. XI., pauca ad Id. IX. X. Ab interpretatio-

nibus paraphrasticis, quae etiam in SchVet. subinde reperiuntur, illae recentiores praeter singula poëtae verba religiosius expressa eo potissimum differunt, quod aequae ac Moschopuleae nunquam *φησι* interjectum habent, quod in SchVet. et in Triclinianis comparere solet; ex vocularum interpretatarum *ἦτοι, ἦγουν, τουτέστι, καί, λέγω* etc. vario usu certa indicia peti non possunt. Praeterea ad eundem fontem recentiorem haud paucae adnotationes grammaticae byzantinam doctrinam sapientes referendae esse videbantur. De origine horum scholiorum Planudi, ut mihi quidem videtur, vindicanda, supra dixi. Pauciora scholiorum ad Id. IX—XIII. ex sola Call. cognitorum ad SchVet. retuli. Quorum ea potissimum dubitationem movere possunt, quae ad Id. XIII. leguntur cum scholiis ad Apoll. Rh. insignem in modum conspirantia, ut p. 353, 23. cf. SchApoll. III, 26, p. 354, 15. cf. SchApoll. I, 1207, p. 365, 13. cf. SchApoll. I, 1207. 1236., ut suspicio nasci possit haec ab recentissimo aliquo homine ex scholiis Apollonianis addita esse. Attamen quum SchTheocr. in illis, quamvis corruptis, quaedam habeant. quae in SchApoll. interciderunt (vid. Adn. ad XIII, 3.), necessario ponendum est aut scholiastam Theocriteum scholiis ad Apollonium tum integrioribus usum esse, id quod valde recenti aetate factum esse parum credibile est, aut in utrisque scholiis olim fere eadem dicta fuisse. Illud in Adn. l. l. mihi probabilius visum est, nescio an non recte. Quum enim Theo in utrumque poëtam commentatus sit, fieri poterat ut adnotationibus suis in alterum poëtam factis etiam ad alterum illustrandum uteretur.

Ad Id. XIV—XVIII. omnia scholia Calliergi inter SchVet. habenda erant praeter unum scholiolum p. 373, 19., quod ex aliqua glossa manavit cf. l. 27.

6) Scholia vetustiora et recentiora apud Calliergum saepe variis modis inter se copulata sunt. Simplicissima id ratione factum est praefixis alteri scholio *ἐν ἄλλῳ* vel *ἄλλως* vel *ἦ*, haud raro etiam inserto *δέ* ut p. 35, 11—75, 2. Moschopuli metaphrasibus praeterea saepe praemissum est *ὁ νοῦς* ut p. 50, 21—53, 1—65, 20 etc. vel similia quaedam ut p. 38, 15. *ὁ δὲ νοῦς οὕτως*, p. 69, 17. *τὸ πᾶν*, alia ejus generis, quae ab codicibus accurate collatis aliena ipsi Calliergo deberi

satis certum videtur. Neque vero raro scholia vetustius et recentius in continuitatem juncta sunt non solum secundi lemmate reliquisque novi scholii indicibus omissis, sed etiam alterius vel utriusque partibus deletis, ut p. 32, 30 seqq., p. 34, 14 seqq., p. 45, 15 seqq. etc. Aliquoties etiam pauciora verba ex altero scholio in medium alterum recepta sunt, ut p. 37, 5—62, 16—210, 18—223, 22. Haec scholiorum vetustiorum et recentiorum confusio partim Planudeae redactioni deberi videtur, id quod maxime apparet p. 37, 5., ubi Calliergus verba jam supra p. 36, 12. suo loco in SchVet. posita vix repetiisset, nisi in exemplari scholiorum recentiorum inventa.

### §. 7. De Prolegomenis, Hypothesibus et Glossis.

1) In Prolegomenis et Hypothesibus vetustiora et recentiora non distinxi, quia pauca insunt a recentissimis Byzantinis addita, quorum pleraque facile apparent. Eo in Prolegomenis pertinent Tzetzæa p. 2, 6., ex solo F. enotata, et Planudea p. 8, 22. Epigrammata IV. et V., quamvis recentia, Moschopuleam tamen aetatem superant. Ibidem librorum hae potissimum familiae distingui possunt:

a) Libri vetustioris redactionis 3. 5. 23. B. D. P. Q. Z. Ald.<sup>a</sup> Adhaeret etiam 1. in ea parte, quam manus antiquior scripsit (f. et VII. F.) et aliquoties Gen., qui in Prolegomenis redactionem ex Gen.<sup>a</sup> et Gen.<sup>b</sup> mixtam habere videtur.

b) Recentiore aliquam recensionem sequuntur 2, Borb. Lips., arctissime inter se juncti, quibus plerumque Gen. et Call. adhaerent et in partibus a recentiore manu scriptis 1.

c) E. F. N. modo cum prima familia conspirant modo cum secunda, aliquoties etiam propria habent.

Codices hic aliquoties aliam familiam sequuntur atque in scholiis, modo quod prolegomena ex eodem fonte manarunt unde textus, scholiis postea aliunde adjectis, ut in 23., modo quod illa recentius praefixa sunt ut in Lips. Moschopulus Prolegomena omisisse videtur neque minus Triclinius; neque enim probabile est in codice M. illa casu intercisisse, praesertim quum etiam a conjunctissimo codice K. abesse videantur. Redactio Planudea in secunda potissimum fami-

lia extare videtur, in tertia a recentiore aliquo ex vetustioribus libris vel ex ingenio subinde mutata.

2) *Hypotheses* plerorumque editorum exemplum secutus in unum corpus conjunctas edere malui quam scholiis ad singula idyllia praefixas, quia utrorumque apparatus criticus valde diversus est. Nam hypotheses in multis libris et manuscriptis et impressis extant, quae scholiis carent; alii codices, quum utraque teneant, ad altera non collati sunt aut collationes non evulgatae; denique vulgata scholiorum lectio ex Call. profecta est sine ulla codicum manuscriptorum ope, contra hypothesis a Valckenario praeter recensionem Crispinianam editione Calliergi et codice N. uso. Familias librorum in hypothesis accurate distinguere longum est et difficile, quia multi eorum neque in omnibus unius familiae sunt nec raro in singulis recensionem mixtam habent. Neque ii codices, qui etiam scholia tenent, semper in utrisque ejusdem familiae sunt, quippe alteris haud raro ex alio fonte haustis. Moschopolus etiam hypotheses neglexisse videtur (in Lips.<sup>a</sup> quae solae extant ad Id. I. et III., recentioris manus sunt) neque Planudes vel Triclinius fere propriam operam impendisse. Ceterum Hypotheses ab Eratosthene Scholastico potissimum conscripta videri supra indicavimus.

3) *Glossae* minime certis finibus a scholiis discretae sunt. Quum enim glossae dici soleant breves interpretationes et adnotatiunculae plerumque inter lineas, rarius in margine additae, scholia vero ampliores explicationes vulgo in margine, rarius inter lineas, aliquoties etiam in separatis libris partibusve librorum scriptae, apparet haud pauca in utramque partem trahi posse; nec raro vel scholia in glossas excerpta sunt vel glossae in scholia receptae. Quum vero Gallii et Duebneri exemplis relictis glossas a scholiis separandas judicassem, ipse has discernendi normas secutus sum:

a) Inter scholia posui, quaecumque vel in editione Calliergiana vel in codice Genevensi leguntur, quo librorum illorum ordo facilius perspiceretur, quanquam illorum partem ex glossis manasse satis apparet; tum quae Wartonus et Gaisfordus ex codicibus tanquam scholia protulerunt; postremo, quae Lips., et pleraque eorum, quae teste Gailio Parisini in margine habent.

b) Ad glossas retuli, quaecunque a Wartono et aliis pro glossis prolata sunt et quae in Lips., Parisinis aliisque libris inter lineas leguntur. Addidi etiam notulas marginales, quae ex L. ad Id. VIII seqq. afferuntur, quum hic codex auctoribus Weissgerbero et Duebnero post Id. VII. scholia non habeat; nec minus quae ad Id. IX seqq. in margine codicum I. P. Y. legi traduntur et alia quaedam Parisinorum marginalia, quae glossarum speciem habent; quibus non plura ejus generis addidisse sero poenituit. In illis vero notis marginalibus inter glossas receptis codicum sigla asteriscis praefixis instruxi. Quaecunque secundum legem priorem jam scholiis attributa erant, inter glossas omisi; eorum vero librorum, quorum inter glossas habenda erant secundum alteram legem, sigla eodem asterisco notavi.

Glossarum variae familiae discerni possunt scholiorum familiis fere respondententes; sed quum accuratius inquirere vix operae pretium sit, pauca notabiliora delibare satis erit. Primum codices 4. 5. L., qui in SchVet. primae familiae sunt, etiam in glossis communem fontem habent, aliquoties accedente Q.; cum L. inde ab Id. VIII. P. plerumque conspirat. Deinde glossae Moschopuleae comparent in 1. 2. 6. 7. 8. 23. E. H. I. M. N. P. T. Y. Lips., sed parte horum librorum etiam alias glossas tenente. De glossis familiarum recentiorum II. III. IV. supra dictum. Arcissime etiam in glossis conjuncti sunt E. N. r. (SchRec. fam. v.) et cum r. in idyllis ultra Theocr. XVIII. Im. Glossarum vero in solis r. Im. traditarum auctorem recentissimum esse, vix ante extremum saec. XV. in Italia viventem, sed antiquioribus fontibus usum, facile apparet. Codex M., glossis abundans, plurimas proprias habet, potissimum ad Id. XIV seqq., quas Triclinianas existimare licet vel ejus scholae debitas.

## §. 8. **Varia de hujus Scholiorum editionis institutis.**

1) De novis copiis, quae mihi praesto fuerunt, dixi §. 3. sub siglis a. k. 1. 5. Borb. Gen. Lips.<sup>u</sup>. Im. Corpus vero scholiorum Duebnerianum non solum ex illis auxiliis, sed etiam aliquot glossis additis, quas olim a Reiskio ex libro Vimarisiensi, a Weissgerbero ex codice Y., a Wartono Gaisfordo Zieglero Wordsworthio inter variam lectionem, denique a



Valckenario et Boissonadio evulgatas Duebnerus neglexerat, simul illis scholiis et glossis in textum receptis, quae idem in Adnotatione posuerat. Contra scholia et glossas in Syringem et Calliergianas praefationes ad Syringem, Securem, Aram recipere nolui, quia plerorumque exemplum sequutus ipsas nugas illas a Theocrito alienissimas poetarum bucolicorum reliquiis addere non dignatus sum; glossis in carmen Anacreonticum *εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν* locum concessi, quum hoc ipsum in Appendice voluminis primi repetere placuisset. Ex scholiis idylliorum vere Theocriteorum ea, quae in libris recentissimis Gen.<sup>a</sup> r. Z. ex Suida exscripta leguntur, omisi, sed ut ex Var. Lect. satis appareat, quid libri habeant. Nec minus glossarum delectum habui Duebneri exemplum secutus, sed alia norma usus. Omisi enim ex glossis Parisinis a Gailio prolatis non solum vilissimas, quae notissimas voces et formas interpretantur (relictis tamen iis, ubi interpretationes vocabula graecobarbara notatu digna habent), sed etiam aliquot absurdissimas, quales potissimum in C. K. P. comparent, deinde plerasque glossas Latinas Graecis litteris scriptas, cujus generis multas Wordsworthius ex Butl. protulit, aliquot ex r. Warthonus; postremo plerasque, praecipue ex r., quae potius varias lectiones quam interpretationes continent.

2) Ut nunc res est optimis libris parum accurate collatis, fieri non potuit quin editio Calliergiana pro fundamento recensionis retineretur. Itaque primum, diligenter cavens ne quid ex ea desideraretur, ea integra revocavi quae inde ab Ox. 1. omissa vel truncata erant, praefatiunculas dico singulorum carminum scholiis praemissas et lemmata scholiorum, partim etiam ipsorum scholiorum verba quaedam, quae male lemmatum loco habita essent, vid. §. 1. de Ox. 1. Deinde ordinem scholiorum Calliergianum vel servavi vel a Sculteto aliisve tacite mutatum restitui; si quando nostrae editionis rationes aliquam transpositionem flagitarent, de ea re in Varia Lectione accurate monui. Quaecunque Calliergianis ex codicibus accesserunt, semicirculis circumsepta sunt, exceptis plerumque singulis verbis, quibus Call. male caret; de his tum in Var. Lect. dictum est. In scholiis, quae a Call. absunt, interserendis locorum, ubi a Wartono

Gaisfordo Gailio posita sunt, nullam fere rationem habui, quippe quos in ea re arbitrium suum sequutos esse satis appareat. Ipse id egi ut ea scholia, quae in codicibus k. Gen. Lips. leguntur (de reliquorum ordine rarissime constat), suum locum, quantum quidem fieri posset, servarent et scholia vetustiora atque recentiora ne nimis inter se confusa essent. Quum autem scholia inde a Scult. singulis versibus, ut vulgo fieri solet, male attributa essent, quanquam haud pauca eorum simul ad complures versus pertinent, veriore rationem restitui.

3) Ut appareat, quae scholia ex Calliærgianis in codicibus k. Gen.<sup>a. b.</sup> Lips. extent, quae non, haec institui. Singula scholia distinui lineola in fine cujusque posita, nisi finis aliunde satis pateret. Scholia autem meis rationibus prospiciens hic etiam quaedam dico ex compluribus consuta et alia, quae potius scholiorum partes videri possunt. Ad illorum igitur scholiorum initium in Var. Lect. siglo //addito indicavi, qui ex illis codicibus quodque scholium teneant; si quod in aliis codicibus extare non solum ex singulis lectionibus prolatis cognitum est, sed toto scholio exscripto, etiam horum librorum sigla addidi; denique, ne quis error esset, etiam hoc notavi, quae scholia in nullo meorum illorum codicum leguntur. Quum autem scholiorum series, quae in codicibus est, cognita haud raro ad crisis utile sit, si qua scholia in codicibus meis non eodem ordine leguntur, quo hic edita sunt (perturbatissimus autem ordo in Gen.<sup>a. b.</sup>), id diligenter indicavi, nec minus si quid de scholiorum serie ex aliis codicibus constat. In Lips. scholiorum Calliærgianorum saepe sola frustula leguntur super lineas scripta; tum in Var. Lect. post siglum \*Lips. vel Lips. s. l. illa frustula posui omnia.

4) *Variae Lectionis* non delectum exhibui ut ad bucolicorum textum, ubi codicum pejorum et male collatorum abundantia id postulabat, sed integram apposui primum eam quae a prioribus editoribus prolata erat, ad primos ubique fontes rediens, tum ex meis codicibus et editione Calliærgiana. Noli autem levissima et apertissima sphalmata, ut ea quae ex pronuntiatione neograeca orta sunt (quibus cod. Gen. potissimum scatet, neque ita rara in Call., in antiquioribus jam

editionibus correctae), molesta religiositate omnia exscribere. Editiones post Call., quas ante Wart. ex codicibus nihil hausisse supra indicatum est, fere non commemoravi, nisi ut vulgatae lectionis vel ejus, secundum quam codices collati sunt, origo appareret. Siglum *vulg.*, nisi quae editiones exceptae sunt, omnes comprehendit a Call. usque ad Kiessl. incl., quibusdam subinde neglectis, quibus nullus collatorum usus est. In Hypothesibus vero *vulg.*, si nihil additum, significat lectionem inde a Valckenario vulgatam, quia ad priores editiones nullae fere collationes factae sunt; neque operae pretium visum de temeraria Crispini redactione, quae ante Valckenarium regnabat, accurate referre, praeterquam si qua a Valckenario inde arrepta essent. Editionum post Kiessl., secundum quas nullae collationes factae, lectiones raro indicare visum. Ceterum codicum si quam lectionem ex silentio collationum eruendam judicavi, eam uncinis semirotondis significavi.

5) *Lemmata* scholiorum Calliergianorum ea posui, quae in ipsa Call. leguntur, reliquarum editionum mutationibus vel mutilationibus neglectis; neque enim ex harum lectionibus quidquam de codicibus colligi potest, quum collationes (praeter eas quibus ipse usus sum) lemmata fere neglexerint; varias lectiones meorum codicum et si qua ex aliis accurate exscripta esset, religiose adnotavi. Ea vero lemmata, quae a meis codicibus absunt, ut a Calliergo addita esse videantur, tacite tanquam spuria circumscripsi. Quum tamen Lips. post Id. I, 42. lemmata fere non habeat, hujus post eum locum rationem non habui, nisi quod indicavi, si qua lemmata etiam in hoc leguntur. Praeter lemmata scholiis Calliergianis saepe alia quaedam praefixa sunt, quae ipsi Calliergo deberi videntur, ut τὸ πᾶν, ὁ νοῦς. Haec et ἄλλως vel ἦ, ubi a meis codicibus absunt, plerumque tacite circumscripsi; haud raro tamen ἄλλως vel ἦ intactum reliqui, sicubi per se pateret, id a libris sola vel vetustiora vel recentiora scholia tenentibus alienum esse. In scholiis non Calliergianis lemmata, quantum fieri poterat, ex meis codicibus posui. Quae Warthonus et Gailius posuerunt majusculis scripta, nullius fidei sunt, quare haec vulgo sprevis; si quando iis uti oportebat, ne obscurum esset, quo scholium pertineret, ma-

jusculas retinui. Gaisfordianis lemmatis in scholiis ab hoc primo prolatis plus tribuendum est, quare haec vel servavi vel commemoravi.

Glossae interlineares nunquam lemmata habent, marginales raro; quare posita ab editoribus omisi, praeterquam ubi dubitari posse videbatur, quo glossa pertineret. Tum vero poëtae verba, quo pertinent, (aliquoties ex ipso codicum textu verius scripta) circumscripsi; si qua pauca lemmata glossarum marginalium uncinis carent, ea in ipsis libris praefixa leguntur. In glossis praeterea haud raro tacite omisi particulam interpretativam ἤρουν et alia inania.

6) In Etymologicis et apud Eustathium atque Gregorium Corinthium quaedam leguntur ex scholiis Theocriteis petita, quae in scholiorum libris desiderantur. Ea recipienda duxi tanquam integriorum scholiorum reliquias. Quanquam aliquoties dubitari potest, num forte Eustathii et Gregorii interpretationes horum ipsorum ingeniis debeantur. Fortasse etiam Hesychii glossae aliquot et Photii atque Suidae paucissimae, quas aequè inter scholia posui, ad antiquiores glossographos scholiis Theocriteis nondum usos revocandae sunt, ut Ameriam cf. §. 4, 3. Quae ex scholiis etiamnunc superstitionibus hausta apud eosdem et alios scriptores leguntur, in Varia Lectione vel in Adnotatione commemorata sunt. Plurima ejus generis *Phavorini Dictionarium* habet (a. 1523 Romae ap. Calliergum editum), cujus auctorem scholiorum et vetustiorum et recentiorum libris manuscriptis usum esse arguunt multi utrorumque loci et lectiones, de quibus praeterea e solis codicibus constat. Eundem Theocriti editionem ab eodem Calliergo septem annis ante emissam non ignorasse et per se probabile est et multis locis cum Calliergiana contra codices conspirantibus confirmari videtur; adeo aliquoties scholia vetustiora et recentiora apud Phavorinum eodem modo conjuncta sunt quo in Calliergiana, ut p. 134, 12—15. et p. 351, 14—352, 15. vid. Adn. Itaque Phavorinum, unde priores pauca quaedam delibaverant, diligenter perscrutatus (editio Basileensis a. 1538 ad manus fuit) ea potissimum inde commemoravi, quae a Call. ita discedunt, ut ex codicibus manuscriptis aut certissime manaverint aut videri possint ma-

nasse. Conspirantia cum Call. pleraque omisi, nec minus quae ex Gregorio Corinthio hausta sunt.

7) *Scholia vetustiora*, quae etiam post multorum criticorum curas pessimis corruptelis scatebant, primum librorum ope emendare studui. Quorum optimus haud dubie est Mediolanensis *k.* (ut idem in ipsis poëtae verbis), ex quo solo in hypothesis et scholiis ad Id. iv. quum alios locos tum hos corruptissimos in integrum restituere contigit: p. 14, 5 seqq. — 154, 20 — 158, 10 — 164, 17. 18 — 165, 8. 14., ubi solus lacunam explet — 178, 4. 12.; in aliis virorum sagacium conjecturas egregie confirmavit, ut p. 14, 7. Casauboni *φχδ'*, p. 165, 11. Jacobsii *λευκαίνεται*, p. 177, 8. Duebneri *ὡς ζόρη*; cum bona Gregorii lectione conspirat p. 154, 17. 18. Valde autem dolendum, quod ad reliqua hoc egregio subsidio uti non licuit. Reliqui codices prioris familiae plurimas lectiones cum *k.* communes habent, nec paucas optimae notae; eadem multis erroribus codici *k.* propriis vacui sunt, neque tamen latet, quanto inferiores sint. Ex codice p. ad Id. iv. paucissima relata sunt, ut familia secunda cum codice *k.* comparari nequeat; nam codex 3. inter hanc et priorem ambiguus est. In reliquis, ubi de *k.* non constat, ceteris familiae prioris libris multo plus tribui oportet, quia plerumque illum cum his non dissentire probabile est; attamen cavendum ne iis nimis credamus, idque ne consentientibus quidem inter se, quum ex Id. iv. satis constet, quot et quantas corruptelas communes habeant. Familia secunda suam laudem habet, praecipue antiquissimus ejus codex p. Exemplo sit, quod p. 273, 16. solus p. lacunam explet, qua vulgo turbae factae sunt et veriores lectiones servavit p. 36, 13 — 40, 11 — 43, 11. etc., idem cum 3. pag. 242, 6 — 325, 9. Valde dolendum, quod codex Bar. non diligentius excussus est, qui secundae familiae adhaerere videtur; solus enim aliquot egregia suppeditavit, ut p. 40, 15. scholii manci initium et p. 271, 4 seqq. optimas lectiones. Neque codices M. et Gen.\* in vetustis quae tenent scholiis, quanquam Triclinii manum saepe experti, bonis lectionibus carent. — *Calliorgianae* auctoritas, quanquam sexcenties codices veriora praebent, nihilominus non temere spernenda est. Ut enim ad Id. iv. aliquoties genuinas lectiones cum *k.* contra reli-

— lin. 8 seqq. Vulgatum lemma *Κρανιαίων* falsum esse, ipsa prima interpretatio *κρηνῶν* arguit. Sed ne *κρανίδων* quidem, quae in textu fere optimorum librorum lectio est, genuinum esse potest; aegre enim intelligitur, quomodo aliquis *κρανείας* ex ea voce elicere potuerit. Auctor scholii potius *κραναϊῶν* legisse videtur, quam vocem alii *Νύμφας Κρηναίας* interpretati sunt, alii *κρηναίας* = *κρήνας*, quae forma paragogica (vid. Lobeck. Parall. p. 297 seqq.) olim legebatur Apoll. I, 1208, alii *κρανείας*, fortasse Doricam mutationem diphthongi *ει* in *αι* agnoscentes. Confirmat eam opinionem sequens scholium quamvis corruptum, utroque alterum illustrante. Hic pro *Κρηναίας* restituendum esse *Κρηναίας* praeter alterum scholium lectio *κρήνας* in 5. Gen.<sup>b</sup> admonet. Iidem fontes veriores lectiones *εἶπε* et *συγκαθιδρυμένων* commendant. Alterum scholium ab initio corruptissimum est; lemma vero falsum esse et quid in proximis lateat, priore scholio comparato intelligitur. Praeterea alia quaedam illius ope correximus. Toupius proposuerat: *ἐκτός εἰ μὴ τὰς νύμφας κρηναίας κρηναϊάδας εἶπη* et *συνιδρυμένας τῷ Πρ.*, hoc probante Duebnero, qui ipse conjecit *ἐκτός εἰ μὴ τις τὰς νύμφας νῦν τὰς κρηναίας εἶπη*.

— p. 44, lin. 3. Duebnerus probavit *πολυχίλους ἦ*, ut est in 5.; quo sensu, parum perspicio. Scholium brevitate obscurius est, nisi quod apparet *τὰς πολυτόκους* etiam *πολυγαλάκτους* existimatas esse.

— lin. 7 seqq. Quum *ἀμολγός* pro vase mulctorio non in usu sit, aut *τοὺς δὲ ἀμολγείς* vel *ἀμολγέας* aut *τὰ δὲ ἀμολγία* scribi poterat. In sequentibus Koehlerus infelici conjectura proposuit *παρὰ τὸ πίνειν αὐτούς* „sc. γάλα, quod lac bibant et capiant“. Rectius Jacobsius vidit lacunosa esse, qui quod scripsit *παρὰ τὸ πελεκεῖν*, Duebnerus rectius *παρὰ τὸ πεπελεκῆσθαι* proferendum esse intellexit, qua in absurda vocis *πέλλα* etymologia consentiunt SchHom. II. π, 642. Eustath. 1079, 54 et 1531, 55. EtM. 659, 42. Quod vero ille in verbis *πίνειν ἐν αὐτοῖς* reliquias excerptorum ex Athen. XI, 495 haberi iudicavit, maxime verborum Hipponacteorum *ἐκ πελλίδος πίνοντες· οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς κύλιξ*, id Duebnero perprobabile

visum est, mihi aliter. Collatis enim SchRec. infra l. 20. *πέλλα καὶ γαυλὸς καὶ τάλαρος γαλακτοδόχα ἀγγεῖα* et SchVet. V, 58 *γαυλοὶ ἀγγεῖα χυτροειδῆ γαλακτοδόχα, ἐν οἷς πήσσουσι τὸ γάλα, παρὸ καὶ εἴρηται πλεονασμῶ τοῦ υ, ἀτινα καὶ ἀμολγέας καλοῦσιν*, intelligere mihi videor hic etiam de voce γαυλὸς ejusque etymo dictum fuisse. Itaque supplendo et corrigendo locum in eam formam redegi. Ultima verba ὁ ἐστὶ γ. ἀ. novum scholium esse capite truncatum jam Koehlerus perspexerat.

— lin. 18. Notante Jacobsio interpretatio *μέλαινα* pertinet ad V, 99 *τὰν οἶν τὰν πέλλαν*.

— lin. 19. Correctionem *πληρώσει* suasit SchVet. lin. 7. verbis *δύο πέλλας πῖμπλησι*. Deinde quum ἐπὶ μιᾷς φορᾷς ex usu recentiorum sit una vice, δύο supplendum esse judicavi „quippe duas una vice“.

— lin. 8. Callimachi fragmentum (nam hujus potius esse quam Hesiodi ex Athen. X, 442. F. et XI, 477. C. primus docuerat Heinsius Lectt. p. 296) vulgo deerat in EtM. 515. 33, sed extat in cod. Par. 346 ubi scriptum est *ὀλίγον δὲ εἴσεται κισσυβίῳ*; etiam corruptius EtG. 323, 14 *ὀλίγῳ δῆσεται κισσύμη*. Apud Athenaeum traditum est *ὀλίγῳ δ' ἤδετο κισσυβίῳ*, sed lectiones Etymologicorum et Scholiorum significant Callimachum potius scripsisse *ὀλίγῳ δ' ἤσατο κισσυβίῳ*, qua forma praeter Homerum Od. ι, 353 etiam Theognis vs. 501 usus est ex mea emendatione pro *ἤρατο*. Et aoristum commendant, quae in pleniore fragmento antecedunt *καὶ γὰρ ὁ Θρηκίην μὲν ἀνήγατο χανδὸν ἀμυστὶν ζωροποιεῖν*.

Vs. 27, lin. 10. *Κονίαν*, quod proprie est calce vel gypso obducere, ab recentioribus de quavis incrustatione et loricatione dictum esse videtur, qua vasa liquidorum tenaces fiunt. Ubi de cisternis vinum vel oleum asservantibus dictum est, ut Xenoph. Anab. IV, 2, 22 *λάκκοι κονιατοὶ* et Phot. Suid. s. v. *λάκκος*, propria vocis vis teneri potest; sed ubi de vasis, latior quidam usus agnoscitur, ut Diod. 19, 94 *ἀγγεῖα κεκονιαμένα* (v. l. —*ασμένα*), Galen. Tom. XIII p. 637. F. *ἄγγος κεραμεῶν ἀκονιάτων*. Eodem sensu apud Dioscoridem saepius vasa *ἀκόνιτα* dicuntur ut I, 94 *κεραμεῶν ἀγγεῖον ἀκόνιτον, τοιτέστιν ἀπίσσωτον*, et I, 6. 132. II, 65. III, 7, nulla lectionis varietate. Attamen Dindorfius in Thes. Vol. IV. Add. ad p. 1806 in his *ἀκόνιτος* ex *ἀκονιάτος* corruptum esse judicavit. Tertia forma *ἀκόνιστος* apud eundem legitur I, 6. II, 65 et saepius; eodem redit *ἀκούνιστος* Geopon. 11, 20, 3, ubi *ἀγγεῖα κεράμια ἀκούνιστα*; frequens enim apud recentissimos Graecos ω in ου mutatum. Conspirat in hoc scholiorum loco lectio *καὶ κοννισμένον*, i. e. *κεκοννισμένον*. Quanquam aoristi *κωνίσαι* exempla quae olim ad verbum *κωνίζω* referebant, potius ι ex η corruptum habere et ad *κωνᾶν* vel *κωνεῖν* pertinere recte judicavit G. Dindorfus Thes. V p. 2202. Quod verbum ubi cum *πισσοῦν* synonymum est, Schneiderus in Lex. et Barkerus ad EtM. p. 1106 derivant a *κῶνος*, i. e. *ὕγρα πίσσα* teste Dioscor. I, 94. Veriora tradit Photius: *κωνῆσαι*,

περιενεγκεῖν, διακαῦσαι (log. διακλύσαι). ἀπὸ τῶν πισσοῦντων, ἐπεὶ περιδινοῦσιν ἐν κύκλῳ τὰ πισσοῦμενα· κώνους γὰρ καλοῦσι τοὺς στροβίλους· εἰκότως καὶ οἱ πιττοῦντες τὰ ἀγγεῖα ἀπὸ τῆς περιαγωγῆς κωνῶν. καὶ τοῦ ἐλαίου δὴ περικωνῆσαι· εἴληπται ἀπὸ τῆς τῶν κώνων περιαγωγῆς, οὐκ ἀπὸ τῆς πιττώσεως. Quamquam ultima aliquid obscuritatis habent, apparet tamen haec docti grammatici mens, a κῶνος i. e. στροβίλος derivari κωνῶν i. e. περιδινεῖν, de qua potestate satis constat; hoc vero ad picationem et alias unctiones translatum esse, quia picantes vasa circumagant. Latiorum unguendi potestatem etiam Aristophanes tuetur Vesp. 600 τὸν σπόγγον ἔχων ἐκ τῆς λεκάνης τὰμβάδι ἡμῶν περικωνεῖ, ubi scholia: . . . τὰ ὑποδήματα τῶν δικαστῶν ἀποψῶντα καὶ ἀλείφοντα. μετήχται δὲ ἀπὸ τῶν ἀγγείων. κυρίως γὰρ περικωνῆσαι ἐστὶ τὸ πισσοῦσαι τὰ κεράμια. Itaque legitima appellatio vasorum non picatorum foret ὄγγεα ἀκῶνητα, quam formam Salmasius ad Solin. p. 868. A. etiam Dioscoridi non male pro ἀκόνιτος restitui jubebat. Forma ἀκῶνιστος, tum ἀκῶνιστος apud recentissimos ex vitiosa pronuntiatione κωνῖσαι pro κωνῆσαι nata videtur. In hoc scholiorum loco vulgata lectionem κεκονισμένον minime ea tuentur, quae Barkerus parum judiciose concessit. Contra κεκονισμένον, quo ducit Lipsiensis lectio, ut infimae Graecitatis forma defendi potest; nam de unctio per ceram illud dici potuisse, patet ex supra dictis. Praetuli autem κεκονισμένον propter meliorem librorum auctoritatem. Ceterum apparet derivata a κωνῶν et a κωνῖαν apud recentiores ut forma ita potestate simillima fuisse, ut inter utraque dijudicare difficillimum sit.

Vs. 30. 31, lin. 22. Interpretatio συμπελεγμένος ad lectionem κεκολλημένος pertinere videtur, quam Etymologica servarunt.

— lin. 23. Verba κωνία . . . . κεχρισμένος Moschopolus etiam ad Hom. II. β, 150 adnotavit, ubi desunt κωνιάω et καί.

— lin. 3. Verba κισσὸς ἐλ. κει. non tanquam lemma scribere debebam, sed ut partem paraphrasis, ut sunt in Lips. Fortasse in hoc κισσὸς hoc loco non legitur (nam sic in altera schedula a me enotatum invenio), ut haec scholio p. 46, 8. adhaereant.

Vs. 32, lin. 2. Pro ἐν τῷ Dnebnerus sententiam ἀπλῶς vel simile quid postulare dicit, nisi lacuna sit. Nos vocula οὐ suppleta sanam sententiam restituisse videmur: „fieri non potest ut appellatione γυνή Pandora contineatur“. Varia lectio γυνά, τι a Calliervo adnotata est, qui lemma hujus scholii omisisset; SchRec. vero lectionem γυνά τις agnoscunt, etiam in Call. receptam.

Vs. 33—35, lin. 16. Pro γινόμεναι reponere velis ἐπιμελούμεναι vel τημελούμεναι, cf. Suid. ἔθειραι, αἱ ἐξ ἔθους ἐπιμελούμεναι τρήγες, Apoll. Lex. ἔθειραι, αἱ ἐξ ἔθους ἐπιμελείας ἀξιούμεναι τρήγες et similiter EtM. Hesych. s. v. ἔθειρησι, tum sequens scholium. Attamen confer EtM. 318, 51 ἔθειρα ἢ θρίξ ἢ ἐξ ἔθους ἐπιφοιτῶσά τιμι et similiter EtG. 161, 53.

— lin. 16 seqq. Lectionem ἐθειράζοντες jam Koehlerus conjectura assecutus erat, qui pro καὶ καθήκοντες proposuit καθη-

βῶντες. Sed lectionem in Gen.<sup>b</sup> inventam καθεικότες veram esse Adertus vidit. Ipse addidi γενειῶντες ex sequentibus, quae hanc interpretationem castigant. Lectionem γενειάδες apud Homerum etiam meliores libri, Hesychius, EtM. 225, 23 et Eustathius tuentur; alteram ἐθειράδες, quae ante Barnesium vulgabatur, commemorant EtM. et Eustathius.

— lin. 22. Scholiolum valde obscurum. Adertus proposuit προσχωρεῖν, Duebnerus profitetur se non videre quo pertineant. Ipse non dubito quin θεραπεύειν verbum ἐθειρεῖν interpretetur, ut Apoll. Lex. ἐθειρεῖν, τὸ ἐξ ἔθους κοσμηῆ καὶ θεραπεύη. Itaque ἐθειρεῖν in ὑποχειρεῖν latere videtur; ceterum manum abstineo.

Vs. 36, 37, lin. 9. In vulgata lectione τοι ferri non potest, et minus etiam μέντοι, ut Reiskius et Duebnerus ediderunt. Quare scripsi τὸ μὲν τι abundante pronomine, ut frequenter post ὁ μὲν et ὁ δέ, praecipue post τὸ μὲν et τὸ δέ. Post ὀράσεως quaedam intercidisse Duebnerus recte perspexit. Quae talia fere fuisse videntur „τὸ δέ τι κακῶς καὶ δράσεως“, ut ab ὀράσεως ad δράσεως aberratum sit. Apparet enim ex sequente plurali τῶν γλυπτῶν εἰκόνων, haec non ad mulierem solam pertinere, sed etiam ad ejus amatores. Mox particulam ὡς a Wartono ex 5. receptam, quam Kiesslingius ante τῶν γλυπτῶν transponi voluit, Hamakerus damnavit tanquam ex ultima syllaba praecedente natam, Gaisfordus ejecit, quem Duebnerus sequutus est. Mihi recte locum tueri videtur; neque enim sententia generalis est. Intellige „pro sculpturae natura“. Nam γραφή latiore sensu dictum, quo etiam γλυφήν comprehendit. In sequentibus Hamakerus audacius et infeliciter versatus est; Duebnerus ἀλλ' αἱ τῶν γλ. εἰκόνων <καταστάσεις> vel simile quid scriptum fuisse judicavit. Mihi potius post ἀλλὰ quaedam intercidisse videntur in hanc fere sententiam: ἀλλὰ <τοῦτο ἐχρῆν εἰπεῖν, ὅτι αἱ ὄψεις> τῶν γλ. εἰκ.

Vs. 38, lin. 20. De veriore scriptura κύλα vid. Heringam Observatt. p. 59 et Thesaur. IV p. 2101. Hanc etiam is prae oculis habuisse videtur, qui addidit, quod in p. legitur, μεταθέσει τοῦ στοιχείου, scilicet κύλα ex κοῖλα natum ratus diphthongo οι in v mutata.

Vs. 39—41, p. 38, 12. EtPar. apud Ruhnk. ad Hesych. Vol. II p. X et EtSorb. Θεόκριτος· τοῖς δὲ μετὰ γριπεύς (μετὰ γριπεύσιν Sorb.). γριπεύς γὰρ ὁ ἀλιεύς, καὶ γρίπος (γρίπος Par.) τὸ ἀλιεντικὸν δίκτυον, οἶον ἀγριπον (ἄγριπον Sorb.). ἀγρεῖν δὲ τὸ λαμβάνειν. οὕτω Θέων ἐν ὑπομνήσει Θεοκρίτου (οὕτως Θ. ἐν ὑπομνήματι τὸ εἰς Θεόκριτον Sorb.). Ultima ἀγρεῖν seqq., ut sunt in EtSorb., ex EtReg. etiam Larcherus ad Orion. p. 40 attulit. — EtPar. 2630 apud Bekk. post EtGud. p. 808: γρίπος τὸ δίκτυον, οἶον ἀγριπον. ἀγρεῖν δὲ τὸ λαμβάνειν. οὕτω Θέων ἐν τῇ ὑπομνήσει Θεοκρίτου. — EtG. 129, 56 Θεόκριτος· τοῖς δὲ μετὰ γριπεύσι. γριπεύς γὰρ ὁ ἀλιεύς παρὰ τὸ γρίπον τὸ δίκτυον, παρώνυμον γριπεύς. γριπεύς δὲ παρὰ τὸ ἄγρειν ἐνδεία τοῦ α. — EtM. 241, 23 γριπεύς: ὁ ἀλιεύς παρὰ τὸ γρίπον παρώνυμος, 28 γρίπος: τὸ δίκτυον

παρὰ τὸ ἀγρεύειν ἐνδείξι τοῦ α. Ex his composita sunt quae edidi.

— p. 39, 7. Noli in ἀκμάζοντι corruptelam quaerere vel interpretationem variae alicujus lectionis pro κάμνοντι; scholium enim etiam sequentium versuum sententiam complectitur.

Vs. 42, lin. 6. Praepositio κατὰ primo omissa, postea superscripta fuisse videtur, unde codicum corruptelae natae. Hamakerus in vulg. καὶ deleri jusserat.

Vs. 43. 44, lin. 11. Scholium valde perturbatum, cujus emendandi viam muniunt, quae in fine ex Gen.<sup>b</sup> accesserunt. Inde enim apparet fuisse qui ᾠδήκᾱντι ad Aeolicum ᾠδήκημι pro ᾠδήκα revocarent, quod cum οἶδημι pro οἶδα comparandum vid. de dial. Aeol. p. 136. Neque vero quisquam de hac origine Aeolica potius cogitasset quam de vulgari Dorismo pro ᾠδήκᾱσι, nisi qui ᾠδήκᾱντι pro dativo participii haberet, non pro 3. pers. plur., praesertim quum hujus terminatio ντι ab Aeolide aliena sit. Et participium agnoscunt scholii interpretationes, nisi quod dativus vario modo corruptus est. Itaque in hanc sententiam locum correxi. Ταυρίζειν recentes Graeci pro τείνειν vel ἔλκειν usurpant, vid. Ducang. et Thesaur., quare τεταυρ. secundum 5. Gen.<sup>b</sup> reposui, quum vulgata γεγαυρισμ. et forma et sensu laboret. Ceterum aegre intelligitur, quomodo aliquis ad miram illam vocis ᾠδήκᾱντι interpretationem delabi potuerit.

Vs. 45—47, lin. 6. In EtM. 772, 12 haec leguntur: τυτθόν, ὀλίγον. τυτθός λέγεται ὁ μαστός, καὶ ὑποτίθια παιδία τὰ βρέφη. ὅθεν γίνεται τυτθόν τὸ ἐπ' ὀλίγον· καὶ τυτθὴν λέγουσιν ὀλίγην ἢ μικράν, cf. Phot. τυτθὴν: ὀλίγην ἢ μικράν.

— lin. 8. Maxime conspirant EtG. 338, 3 et cod. V. ad EtM. 529, 31, ubi κόρη ἐπὶ τοῦ ὀφθαλμοῦ οἰονεὶ χορῆ τις . . . ὀρατικὸν πν. κόρη δὲ ἡ . . . ἔνθεν καὶ νεωκόρος . . . τὸ κείρω ἢ κειρ. ἔτι νεάζουσα, et partim EtOr. 80, 25, ubi κόρη καὶ ὀρατικόν. EtM. 529, 31 alio ordine κόρη ἢ παρθένος καὶ ὕρ. . . ἔνθα καὶ νεωκόρος· ἢ παρὰ τὸ κόρον ἐμποιεῖν τῇ ιδέα· ἢ παρὰ τὸ κείρω ἢ κειρ. ἔτι νεάζουσα. κόρη δὲ ἐπὶ τοῦ ὀφθ. οἰονεὶ κόρη . . . ὀρατικὸν πνεῦμα. Explicatio ἢ κειρομένην ἔτι καὶ νηπιάζουσα, ut in Scholl., legitur EtM. 534, 5 et EtG. 341, 42 (hic ἦν pro καί). Pauca Suidae communia, ubi vulgo item ὀρατικόν, sed διορατικόν Bernh. ex A. B. E. V., ut etiam Zonaras.

— p. 54, 2. Minus recte Hamakerus etiam ἀπὸ abesse vellet. Nam grammaticus hoc dicit, in τοσοῦτον ἀπέχει ὅσον — proprie ab altero intervallo noto demonstrationem fieri debere.

Vs. 48—51, lin. 7. EtM. 929, 5 sic: ἦμενος, καθ. ἀπὸ τοῦ εἶω τὸ κάθημαι γίνεται ξημι κτλ. sine ἔμενος.

— lin. 9. EtM. 634, 35 sic: ὄρχατος — διαφέρει δὲ ὄρχου· ὄρχος γὰρ . . . τὰ φυτὰ (τὸ φυτὸν D. V.) . . . ὄρχατος δὲ ἢ ἐπίστιχος φυτεία . . . καὶ Ἡσίοδος ὄρχον . . . φυτεῖαν τ. ἀμπ.

— lin. 15. EtM. 797, 48 παρὰ τὸ ὁδὸς ὁδῶ, πλεονασμῶ τοῦ ι

Vs. 38. Adde [δῆθα:] συνεχῶς. Vim.

οἰδῶ, τροπῇ τοῦ δ εἰς τ οἰῶ, καὶ πλεονασμῶ τοῦ φ φοιτῶ. σημαίνει δὲ τὸ ὄρηῶ καὶ παραγίνομαι· ὅθεν τὸ φοῖτα. — EtG. 556, 10 φοιτῶ γίνεται ἐκ τοῦ ὁδός ὁδῶ καὶ οἰδῶ κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ι, καὶ τροπῇ τοῦ δ εἰς τ οἰῶ καὶ πλεονασμῶ τοῦ φ φοιτῶ, et similiter l. 15. In scholio verba ὡς γὰρ . . . οὔτω καὶ absurdum additamentum.

— lin. 18. Scholiolum obscurissimum. Toupius, probantibus Kiesslingio et Hamakero, interpretationem διδύμους ad stolidam confusionem vocabulorum ὄρχος, et ὄρχις refert. Hunc Duebnerus miratur, ipse διδύμους corruptum judicans non minus quam κλάδους, ejus loco secundum codicum lectiones λαχιδίους, λαχισίους, χαλιδίους proponit λακκιδίους (?), nisi forte integrum sit λαχιδίους ad λαχαίνειν alludens; κλάδους ex glossa illatum esse, vid. Gl. Attamen haec ipsa interpretatio obscurior. Quae potius ad ὄσχος = ὠσχος vel ὄσχη pertinere videtur, cf. Scholl. Nic. Al. 109 ὄσχα κυρίως οἱ κλάδοι τῆς ἀμπέλου. Itaque nescio an obscurae illae interpretationes, διδύμους et κλάδους manaverint ex ampliore scholio, quo differentia inter ὄρχος, ὄρχις et ὄσχος exponebatur.

— lin. 21. Παίγνιον et φέρνιον eadem paragrapho comprehendit Arcadius 119, 27. Idem παιδίον et κλειδίον componit 119, 12 et 120, 14.

— p. 56, 11. Κίνδυνος dictum est ut μεταφορὰ κινδυνώδης, cf. Ernesti Lex. Techn. s. v. κινδυνώδης. Additamentum σολοικισμού in E. N. neque necessarium nec satis verum.

V s. 52—54, lin. 17 seqq. Scholium pessime habitum. Ut vulgo legitur, distinguuntur ἀνθήρικος asphodeli fructus et ἀνθήριξ asphodeli caulis. Quae distinctio nec per se probabilis est neque aliorum usu vel interpretationibus firmatur. Nam caulis asphodeli ἀνθήρικος vocatur ab Hellanico ap. Athen. XI, 462. b. in loco de Libyū nomadum tentoriis (Herodotus IV, 190 de iisdem narrans ambiguo genitivo ἀνθηρίκων utitur), Theophr. Hist. Pl. VII, 13, 2. 3, SchVen. Hom. Il. v, 227 et Eustath. 1206, 11, EtM. 109, 3, infra SchVet. VII, 68, Plin. N. H. 21, 17, 68 et 22, 22, 32. Idem ἀνθηρίκος dicitur Aneedd. Bekk. p. 403, 15, qua forma Longus I p. 12 secundum vulgatam lectionem in imitatione loci Theo-

eritei usus est, ubi cod. Flor. teste Cobeto ἀνθηρίκους<sup>as</sup>. Contra eadem potestate nominativus ἀνθήριξ agnoscitur a Suida s. v. ἀνθήριξ locum Herodoteum respiciente et Scholl. Nic. Ther. 534 διὰ τὸ τοῦς κανλούς αὐτοῦ (asphodeli) ἀνθηρίκας καλεῖσθαι, ubi κανλούς e conj. Schneideri pro κύκλους editum, postremo infra in SchRec. Fructus asphodeli ἀνθήρικος dicitur ab Eustathio l. l. ἀνθήρικος ὁ τῆς ἀσφοδέλου καρπός ἢ κανλός; contra Hesych. ἀνθήρικας . . . καὶ ἀσφοδέλου καρπός. Neque in hoc ipso scholiorum loco codicum auctoritas illam distinctionem sustinet, quae in utraque interpretatione formam ἀνθήρικος commendat. Itaque in hoc scholio, formae ambiguitatis ratione non habita, variae vocis ἀνθήρικος interpretationes afferuntur. Neque vero valde obscurum est

scholium ex duobus conflatum esse, quorum prius agnoscit interpretationem ἀσφοδέλου καρπός, alterum longius interpretationem καυλός probat, hoc vero in libris ab initio mutilum esse; quod aliquatenus supplevi. Verba ἦς τὰ . . . πλατύτερα in antiquo libro ad marginem suppleta fuisse videntur, unde factum ut in codicibus partim omitta partim transposita sint. Confer autem cum his Plin. N. H. 21, 17, 68 „Graeci canlem cubitalem et saepe duum cubitorum, foliis porri silvestris, ἀνθέριον vocaverunt“; Theophrastus l. 1. sola haec habet: μέγιστον δὲ πάντων (καυλὸν ἔχει) ἀσφοδέλος· ὁ γὰρ ἀνθέριος μέγιστος. E codicum et Phavorini lectionibus Adertus pro ὅσον πηχναῖος elicuit ὡς φησι \* \* \* πηχναῖος; sed quum non solum πηχναῖος, quod illi foede corruptum habent, certissimum sit, sed etiam ὅσον aptissimum, Calliergi lectio ex praestantissimo libro manasse videtur. Gravior dubitatio est de Ἀπολλόδωρος ὁ Δωριεύς, ut vulgo legitur; neque enim Apollodorum Doriensem quisquam novit. Itaque Apollodorum notissimum, Atheniensem grammaticum intelligens Hamakerus proposuit Ἀπ. δὲ τοὺς Δωριεῖς φ. οὕτω λέγειν, aut Ἀπ. δὲ φησὶν τοῖς Δωριεῦσιν (vel Δωρικῶς) οὕτω λέγεσθαι, Fritzschius de poet. buc. p. 34 ὁ Δωριεὺς deleri iussit tanquam ultimis syllabis vocis Ἀπολλόδωρος duplicatis orta, Duebnerus vero scriptum fuisse iudicavit Ἀπ. δὲ Δωριεῦσι φ. οὕτω λέγεσθαι. Attamen parum probabile est eam vocis potestatem, quam etiam Hellanicus et Theophrastus tuentur, ex Doride repetitam esse, quare Duebnerus haec ex Apollodori commentariis in Epicharmum petita vult, in quibus quod ille universe dixisset λέγουσι vel λέγεται, de Doriensibus proprie cepisse scholiastam. Denique Adertus, qui varia scholia de ἀνθερίκεσσι conjungere conatus est, proposuit Ἀπ. δὲ ἐν τῷ περὶ θεῶν φησὶν, a traditis longius recedens. Mihi probabile est potius alium ex Apollodori intelligendum et olim scriptum fuisse Ἀπολλόδωρος ὁ περὶ θηρίων, de quo opere, Nicandri potissimo fonte, nuper docte disputavit O. Schneider ad Nicand. p. 181 seqq. Ex ejus reliquiis apparet ibi pariter atque apud Nicandrum de remediis dictum fuisse; asphodelus autem quum secundum Nic. Th. 534 cum scholl. adversus serpentum morsus utilis habitus sit, ejus descriptio ab Apollodori opere illo non aliena erat. Attamen correctione tam dubia interim vulgatam retinui. — Phavorini lectionem οὕτω pro οὐ primus Koehlerus commendaverat; cur lectionem καρπὸν praetulerim, facile apparet.

— p. 67, 3. Duebnerus suspicatur, verba λεπτότερον καὶ εὐτοννάτερον ex scholio ad ὕγρός vs. 54 superesse. Attamen ipse εὐτοννος, quomodo infra in libris ὕγρός explicatur, suspectum habet.

— lin. 5. De οὐλὰς i. q. πήρα, cujus loco Toupius θυλὰς volebat, vid. Thesaur. V p. 2380.

Vs. 55, 56, p. 59, 13. Duebneri emendationi εὐκαμπτος favet εὐκαμπής in interpretatione codicum p. 3, quod ipsum Hamakerus inde reponi iussit. Non aliter pro εὐτοννος, quod Duebnerus singulariter dictum esse adnotavit, scripsi νεόγονος propter alteram in-



terpretationem in p. 3. νεόφυτος. Conferas ex Thesaurο Theophyl. Ep. 32 τὰ νεόγωνα τῶν ἀμπέλων.

— lin. 14. Minus recte Duebnerus θανῦμα in θείαμα mutari jubet et hic et infra p. 60, 10. Illi ipsum, quod sequitur, θανμάσειε patrocinator, nec poterant θάημα minus per θανῦμα interpretari quam θηέομαι per θανμάσω, ut vulgo fit et recte. In proximis Toupīi emendationem Σοφοκλής confirmavit glossa postea protracta Anecd. Bekk. p. 361, 2 et Bachm. I p. 49, 12 αἰολίζειν, τὸ ποικίλλειν. ὄγτως Σοφοκλής. (fr. 854. W., 826. N.)

— lin. 19. Apparet αἰπολικόν in lemmate hujus scholii falsum esse et priorem interpretationem aut ad αἰολικόν pertinere tanquam paragogicam vocis αἰόλος formam, aut ad αἰολίχον. Doricum ejusdem deminutivum, quod ipse Theocrito restituendum duxi. Huic suspicioni favent Hesychii glossa infra posita et altera hujus scholii interpretatio, unde τὸ Αἰτωλικόν recte in Gen.<sup>b</sup> abesse Hesychius docet. Neque enim recte huic pro altero Αἰολικόν vel Phavorinus Καλυδωνικόν dedit vel recentiores critici praeunte Casaubono Lectt. Theocr. p. 241 Αἰτωλικόν. Potius ipsa serie docente, quum glossa inter Αἰολίονες et αἰολοθώρηξ posita sit, in Hesychii lemmate αἰολίχον scribendum, quod male per Αἰολικόν interpretatus est; neque aliter altera hujus scholii pars. Scilicet fuerunt qui Αἰολίχος et Αἰολικός non magis differre existimarent quam Πυρρίχος et Πυρρικός. vid. ad Scholl. IV, 20. Multo rectius prior interpretatio in solo Gen.<sup>b</sup> servata, in qua pro αἰολικόν recte αἰόλον scriptum esse facile patet; pariter πυρρίχος IV, 20 in Scholl. et Gl. per πυρρός explicatur. — Codicis Gen.<sup>b</sup> lectionem Αἰολίς γὰρ ἢ Αἰτωλίς vulgatae praeferendam esse Hesychius comparatus evincit.

— lin. 23. Lectionem ἀπατητικόν et prius scholium lin. 16. et Gl5. commendant. Deinceps levissima mutatione ποικίλλον scripsi; neque enim interpres poculum vafrum dici voluit, sed decipiens, αἰολικόν ad αἰολίζω referens. Sequentia verba, quae circumseripsimus, male interpolata sunt; nam ταῦτα γὰρ δύναται τὸ αἰολίζειν ad ἀπατητικόν, ποικίλλον referenda, vid. supra ad lin. 14.; pertinet vero ἐκπληκτικόν ad ἀτύξαι, vid. infra, reliquis ex superiore scholio lin. 14. transsumptis.

— p. 60, 4. De proverbio Λοκροὶ τὰς συνθήκας cf. Paroemiogr. I p. 116. II p. 186. De forma barbara ταυτός vid. Thesaur. Adertus voluit ταυτό, Piccolos probante Duebnero οἱ αὐτοί. De sequente Hesychii glossa supra dixi.

— lin. 10. Duebnerus iterum minus recte θανῦμα in θείαμα mutari jussit et praeterea θεέω in θείω, unde grammaticus potius θεάσω et θέαμα derivasset.

Vs. 55, lin. 24. Lege ἄκανος cum Aderto, deinde διὰ τὸ ἀκῆ θάλλειν, cf. EtM. 45, 17 ἀκανθα ἀπὸ τοῦ τῆ ἀκῆ ἀνθεῖν, ὃ ἐστὶ τῆ ὀξύτητι, EtG. 24, 41 παρὰ τὸ ἐν τῆ ἀκῆ, ἤγουν τῆ ὀξύτητι τρέχειν. De originatione Adertus et Duebnerus minus recte judicaverunt.

Vs. 57, 58, lin. 16. Accentus *Καλύδναι* utique vitiosus est; aut *Καλυδναι* aut *Κάλυδναι* scribendum, cf. Thesaur. Apud Homerum Apollodorus et Herodianus praetulerunt *Καλύδνας* a nom. *Κάλυδναι*, vid. Lehrs Herodian. p. 212.

Vs. 59—61, lin. 12. Van Reenen supplevit ὁ δὲ ποιεῖ φρονησας, κιν. ποιεῖ. λέγεται δὲ ἐπὶ ἔσθ. καὶ λελ. ἔργου.

Vs. 64, lin. 21. Dixi de hoc loco ad Bionis Epit. Adon. p. 29. — Scriptura *Μναςίας*, quam libri tuentur, aequae proba est ac *Μνασίας*, vid. Keil. Anall. p. 71. 246. Eandem praebet codex in SchVat. Eur. Rh. 36.

Vs. 65, lin. 9. Suadente Duebnero recepi Dorvilli conjecturam, quum Simonides historicus, de quo Diog. Laert. IV, 5, aegre intelligatur et apud Suidam s. v. *Σαρδάνιος γέλως* Sileni nomen in vulgata lectione aequae in *Σιμωνίδης* corruptum sit. De Sileno vid. Muller Fragm. Histor. Vol. III p. 101.

— lin. 13. *Τῷ ὄρει*, quod est in Vulc., etiam Cluverus Sicil. I, 2 p. 26 addi jusserat, iudice Hamakero citra necessitatem.

Vs. 66—69, p. 64, 25. *Θετταλίας*, quod etiam Gronovius ad Aelian. V. H. 3, 1 et Toupius postulaverant, nolui cum recentioribus recipere, ne interpolatoris insciti errorem corrigerem. Neque aliter se habet, quod infra in loco aequae interpolato Pindus crasso errore ὄρος *Ἀρκαδίας* ἢ *ποταμὸς* dicitur, ubi Santenius, ad Propert. p. 518 *Θετταλίας* postulavit.

— p. 65, 2. In loco valde corrupto Duebnerus proposuit *πρὸς διάψυξιν διηρημένον*, collatis verbis Strabonis de Peneo: *διεκπεσῶν ταύτη ἀνέψυξε τὴν χώραν*. Quae nos scripsimus, intellige „quasi meatus divino consilio ligonibus perfossus“.

— lin. 14. Gaisf. verba *ὅτε Δάρνις . . . οὐσῶν* ex 5. tanquam novum scholium protulit, quum Wartonus recte ex eodem *ἐπάσχετο* tanquam variam lectionem pro *ἀπώλετο* enotasset. Illum sequuntur Duebnerus pro *ἐπάσχετο* proposuit *ἐτάκετο*, lemma esse ratus. Notus vero euphemismus *πάσχειν τι*, et hanc potius veram lectionem esse quam *ἀπώλετο* ipsum imperfectum prodit. Sequentium, in quibus Hamakerus haesit, collatis quae leguntur p. 64, 22 et p. 66, 10, haec sententia esse videtur, Nympham Daphnidis amore superbe spreto cum reliquis Nymphis Siciliam reliquisse. Participium *ἀλυσόμενος* positum est, quasi antea dictum esset *τοῦτο λέγει*.

— lin. 17. Quum apud Athen. XIII, 589. a. libri Nymphodori inscriptio integrius sic tradita sit *ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θανατοζομένων*, Reinesius in SchTheocr. legi jussit *ἐν τῷ περὶ Σικελίας θανατοζομένων*, quem Ebertus in Diss. Sic. sequutus est, Jacobsius vero tanquam certam emendationem proposuit *ἐν τῷ τῶν περὶ Σ. θανατοζομένων* (sic); denique Duebnerus aut *ἐν τῷ περὶ τῶν Σικελίας* (vel *ἐν Σικελίᾳ*) *θανατοζομένων* aut *ἐν τῷ τῶν περὶ Σικελίαν θανατοζομένων* legi vult, eas lectiones Reinesio et Jacobsio tribuens. Quod ipse cum Casaubono traditum *θανατοζομεν* servavi,

vius corruptus esse videtur. In eo quod dedi collocatio verborum offendere possit, in qua aliquid turbatum esse fortasse omissa in Gen.<sup>b</sup> verba *διὰ πέλ. Ἀλπ.* produunt. Hamakerus proposuerat ἢ ἐν Σικ. *φασί.* De re vide Schneidew. ad Ibyc. l. l.

— lin. 15 seqq. Scholia ad Od. v, 408 quatuor fontes Arethusas enumerant, ἐν Συρακούσαις, ἐν Σμύρνῃ, ἐν Χαλκίδι, ἐν Ἰθάκῃ. Itaque, quum de Arethusa Samia non constet et locus Homericus ad Ithaciam pertineat, suspicor Σάμω ex Σμύρνῃ corruptum esse et post eam vocem quaedam excidisse, ut ἄλλη ἐν Ἰθάκῃ. Apud Homerum legitur ἐπὶ τε κρήνῃ. Ceterum Didymus octo Arethusas norat teste Stephano Byz., ubi tamen Meinekius suspicatur Ἀρέθουσαι δὲ εἶσι δ' pro εἰσὶν ἢ, ut libri habent. Cf. M. Schmidt Didym. p. 184. Eraphroditum iudice Duebnero probabile est de ea re egisse in ὑπομνήματι τῆς Ὀδυσσεΐας; videndum tamen esse fueritne pars ejus Λέξεων caput περὶ στοιχείων, de elementis. Mihi multo verisimilius videtur operis titulum mutilatum esse ex ἐν τῷ περὶ λέξεων κατὰ στοιχείων, ut Apollonius Archibii a Suida scripsisse dicitur περὶ λέξεων Ὀμηρικῶν κατὰ στοιχείων et Diogeniani lexicon ab eodem appellatur παντοδαπῆ λέξις (vulg. παντοδαπαὶ λέξεις) κατὰ στοιχείων. Cum titulo libri τὸ περὶ λέξεων, quum idem in SchArist. Eqq. 1150, Vesp. 332 Λέξις dicatur, cf. quod Pamphili lexicon ab Athenaeo vulgo Γλώσσαις appellatur, sed aliquoties τὰ περὶ γλωσσῶν, vid. Rank. de Hesych. p. 77. De appellativo vocis ἀρέθουσα usu cf. Lehrs. ad Herodian. π. μ. λ. p. 13, 4.

Vs. 118, lin. 7. Agnosco anacoluthon; debet pergi γενομένου (sine δὲ) χειμ. ἀν. γῶσαι . . . ποιῆσαι. Ceterum verba γενομένου seqq. sano sensu carere videntur. Pro ἰφ' ὄν Meinekius vult ἰφ' οὐ.

— lin. 11. Theaeteti etymologiam non intellexit Duebnerus; quam illustrat Servius ad Aen. 3, 500 „Quodam tempore Syracusani victores Atheniensium ceperunt ingentem hostium multitudinem et eam caesis montibus fecerunt addere munimenta civitati. tunc auctis muris etiam fossa intrinsecus facta est, quae flumine admissa repleta munitiorem redderet civitatem. Hanc igitur fossam per hostium poenam et injuriam factam Ybrin vocarunt ἀπὸ τῆς ὕβριως. . . . Circa Syracusas autem esse fossam Thibrin (al. Ybrin) nomine Theocritus meminit“, cf. ad Aen. 8, 330. In sequentibus verba καὶ φησι, quae ex codd. recepimus, Duebnerus potius interpolationem esse iudicat sequentia alligare volentum. Attamen perquam probabile est ut lectionem Δύβριδος ita ejus interpretationem recte ad Asclepiadem referri. Quem Δύβριδος legisse, non Δύμβριδος, ut secundum vulgatam lectionem videba-

Vs. 118. In glossa [καλόν:] ὀάδιον. P., quam recipere non dignatus sum, Meinekius suspicatur post πρῶτον positum fuisse ab eo qui invenerit χεῖτ' ἀκαλόν, ceterum in scholii glossa ἀκαλόν: ἦσεν, πρῶτον.

tur, satis certum; nam totum scholium ad lectionem *Θύβριδος* pertinere, ut Gen.<sup>b</sup> in lemmate, apparet ex etymologia ab *ὑβρις*. Exstat vero lectio *θύβριδος* in cod. k. et Glp. *θύβριδος, θαλάσσης*. Male igitur in praecedente scholio interpretatio *θάλασσα* ad *Θύβριδος* adhibita. In varia lectione *ὑπὸ Τύμβριδος* Warthonus *ὑπὸ* deleri voluit, Duebnerus veretur ne aliquid lateat, Meinekius scribi iussit *ἄλλοι δὲ ἀντὶ Τύμβριδος*. Mihi ipsa vulgata lectio *Θύμβριδος* agnoscenda videtur; quid *ὑπὸ* sibi velit, nescio.

Vs. 123—126, p. 81, 12. Hemsterhusius teste Gaisfordo conjecit *φασὶ χωρίον*, quem Duebnerus suspicatur voluisse *φασὶ χωρίον καλούμενον*. At ipsum *χωρίον Καλλιστοῦς* suspecta est appellatio, cujus emendationem sequentia suppeditant, ubi codicum lectionem *ταφήναι* veram esse („quod commendarent sequentia, nisi verendum esset ne sint recentiora“ Duebn.) ex Pausania potissimum intelligitur, qui VIII, 3, 6 sic de Callistone: *Ἀρτεμις δὲ ἐς χάριν τῆς Ἥρας κατετόξευσεν αὐτήν. καὶ ὁ Ζεὺς Ἐρμῆν πέμπει σῶσαι τὸν παῖδά οἱ προστάξας, ὃν ἐν τῇ γαστρὶ εἶχεν ἡ Καλλιστώ· Καλλιστῶ δὲ αὐτὴν ἐποίησεν ἀστέρας καλουμένην ἄρκτον μεγάλην . . . ἔχον δ' ἂν καὶ ἄλλως τὸ ὄνομα οἱ ἀστέρες ἐπὶ τιμῇ τῇ Καλλιστοῦς, ἐπεὶ τάφον γε αὐτῆς ἀποφαίνουσιν οἱ Ἀρκάδες*. Consentaneum est eundem Mercurium, qui puerum ex utero occisae eriperet, hanc sepelisse ex eorum narratione, qui sepultam agnoscerent. Nec video cur Arati commemoratio interpolata habeatur, quae cum *τραφήναι* male coit. Itaque recte Duebnerus intellexit in hoc scholio de tumulo Callistis agi, quem Pausanias VIII, 35, 8 his verbis describit: *τάφος ἐστὶ Καλλιστοῦς, γῶμα γῆς ὑψηλόν, δένδρα ἔχον πολλά μὲν τῶν ἀκάσπων, πολλά δὲ καὶ ἡμέρα, ἐπὶ δὲ ἀκρῷ τῷ γῶματι ἱερόν ἐστὶν Ἀρτέμιδος ἐπικλήσιν Καλλίστης*. Apparet vero parum apte eum tumulum *χωρίον* appellari, quod ex *γῶμα ἡρόν*, ut scripsimus, corruptum esse probabile est. Quod Pausania teste ille tumulus non sub ipso Lycaeo situs erat, non premendum est; hic mons nominatur, quia Callistonis fatum cum Jovis sacro Lycaeo arctissime conjunctum erat. Jam vero non latet totum scholium minime ad *Λυκαίω* pertinere, sed ad vs. 125 *Ἐλίκας δὲ λίπ' ἡρόν* et hanc lectionem egregie confirmare, id quod latuit Fritzschium de buc. Gr. p. 47, quum primus perspexisset *Ἐλίκας* pro *Καλλιστοῦς* esse. Scholium propter Lycaei commemorationem ad alienum locum translatum est.

— lin. 18. Duebnero legendum videtur *ἢ Ἐρμού*, quanquam de Maenalo ut Mercurii filio non magis constat quam de Lycaone. Nobis, favente Gen.<sup>b</sup>, *Ἐρμού* spurium videtur ex prioris scholio lin. 8 errore aliquo illatum.

— lin. 22. Cf. EtG. 493, 6 *ῥίον* — *ῥοῦς ἀκροπήριον ἐπὶ τοῦ περιρριῖσθαι τοῖς ὄμβροις*, EtM. 704, 36 *ῥίον*; *τὸ ἀκροπήριον*.

Vs. 125. Interpretatio *σαστροφῆς* glossatoris stolidi est *ἔλικας* legendis. Eum, qui primus *πηγῇ Ἀργούς* adscripsit. Adertus putat *ῥίον* pro *ῥίον* legisse. Attamen de fonte Argivo *Εἰλική* nihil aliunde constat, nec scio an in *πηγῇ Ἀργούς* lateat verior interpretatio *τῆς Ἀρκτον*.

vius corruptus esse videtur. In eo quod dedi collocatio verborum offendere possit, in qua aliquid turbatum esse fortasse omissa in Gen.<sup>b</sup> verba *διὰ πέλ. Ἄλφ.* produunt. Hamakerus proposuerat ἦ ἐν Σικ. *φασί.* De re vide Schneidew. ad Ibyc. l. l.

— lin. 15 seqq. Scholia ad Od. v, 408 quatuor fontes Arethusas enumerant, ἐν Συρακούσαις, ἐν Σμύρῳ, ἐν Χαλκίδι, ἐν Ἰθάκῃ. Itaque, quum de Arethusa Samia non constet et locus Homericus ad Ithaciam pertineat, suspicor Σάμω ex Σμύρῳ corruptum esse et post eam vocem quaedam excidisse, ut ἄλλῃ ἐν Ἰθάκῃ. Apud Homerum legitur ἐπὶ τε κρήνῃ. Ceterum Didymus octo Arethusas norat teste Stephano Byz., ubi tamen Meinekius suspicatur Ἀρέθουσαι δὲ εἰσι δ' pro εἰσιν ἦ, ut libri habent. Cf. M. Schmidt Didym. p. 184. Eraphroditum iudice Duebnero probabile est de ea re egisse in ὑπομνήματι τῆς Ὀδυσσεύσεως; videndum tamen esse fueritne pars ejus Λέξεων caput περὶ στοιχείων, de elementis. Mihi multo verisimilius videtur operis titulum mutilatum esse ex ἐν τῷ περὶ λέξεων κατὰ στοιχείον, ut Apollonius Archibii a Suida scripsisse dicitur περὶ λέξεων Ὀμηρικῶν κατὰ στοιχείον et Diogeniani lexicon ab eodem appellatur παντοδαπὴ λέξις (vulg. παντοδαπαὶ λέξεις) κατὰ στοιχείον. Cum titulo libri τὸ περὶ λέξεων, quum idem in SchArist. Eqq. 1150, Vesp. 332 Λέξεις dicatur, cf. quod Pamphili lexicon ab Athenaeo vulgo Γλωσσαι appellatur, sed aliquoties τὰ περὶ γλωσσῶν, vid. Rank. de Hesych. p. 77. De appellativo vocis ἀρέθουσα usu cf. Lehrs. ad Herodian. π. μ. λ. p. 13, 4.

Vs. 118, lin. 7. Agnosco anacoluthon; debbat pergi γενομένου (sine δὲ) χειμ. ἀν. χῶσαι . . . ποιῆσαι. Ceterum verba γενομένου seqq. sano sensu carere videntur. Pro ἰφ' ὄν Meinekius vult ἰφ' οὐ.

— lin. 11. Theaeteti etymologiam non intellexit Duebnerus; quam illustrat Servius ad Aen. 3, 500 „Quodam tempore Syracusani victores Atheniensium ceperunt ingentem hostium multitudinem et eam caesis montibus fecerunt addere munimenta civitati. tunc auctis muris etiam fossa intrinsecus facta est, quae flumine admissa repleta munitiorem redderet civitatem. Hanc igitur fossam per hostium poenam et injuriam factam Ybrin vocarunt ἀπὸ τῆς ὕβρεως. . . . Circa Syracusas autem esse fossam Thibria (al. Ybrin) nomine Theocritus meminit“, cf. ad Aen. 8, 330. In sequentibus verba καὶ φησι, quae ex codd. recepinus, Duebnerus potius interpolationem esse iudicat sequentia alligare volentium. Attamen perquam probabile est ut lectionem Δύβριδος ita ejus interpretationem recte ad Asclepiadem referri. Quem Δύβριδος legisse, non Δύμβριδος, ut secundum vulgatam lectionem videba-

Vs. 118. In glossa [καλόν:] ῥάδιον. P., quam recipere non dignatus sum, Meinekius suspicatur potius πρῶτον positum fuisse ab eo qui invenerit χεῖρ' ἀκαλόν, collata Hesychii glossa ἀκαλόν: ἦσχεον, πρῶτον.

tur, satis certum; nam totum scholium ad lectionem *Θύβριδος* pertinere, ut Gen.<sup>b</sup> in lemmate, apparet ex etymologia ab *ὑβρις*. Extat vero lectio *θύβριδος* in cod. k. et Glp. *θύβριδος*, *θαλάσσης*. Male igitur in praecedente scholio interpretatio *θάλασσα* ad *Θύμβριδος* adhibita. In varia lectione *ὑπὸ Τύμβριδος* Wartonus *ὑπὸ* deleri voluit, Duebnerus veretur ne aliquid lateat, Meinekius scribi jussit *ἄλλοι δὲ ἀντὶ Τύμβριδος*. Mihi ipsa vulgata lectio *Θύμβριδος* agnoscenda videtur; quid *ὑπὸ* sibi velit, nescio.

Vs. 123—126, p. 81, 12. Hemsterhusius teste Gaisfordo coniecit *φασὶ χωρίου*, quem Duebnerus suspicatur voluisse *φασὶ χωρίον καλούμενον*. At ipsum *χωρίον Καλλιστοῦς* suspecta est appellatio, cujus emendationem sequentia suppeditant, ubi codicum lectionem *ταφῆναι* veram esse („quod commendarent sequentia, nisi verendum esset ne sint recentiora“ Duebn.) ex Pausania potissimum intelligitur, qui VIII, 3, 6 sic de Callistone: *Ἀρτεμις δὲ ἐξ ἁρίων τῆς Ἥρας κατειτόξενυσεν αὐτήν. καὶ ὁ Ζεὺς Ἐρμῆν πέμπει σῶσαι τὸν παῖδά οἱ προστάξας. ὃν ἐν τῇ γαστρὶ εἶχεν ἡ Καλλιστώ· Καλλιστῶ δὲ αὐτήν ἐποίησεν ἀστέρως καλουμένην ἄρκτον μεγάλην . . . . ἔχοιεν δ' ἂν καὶ ἄλλως τὸ ὄνομα οἱ ἀστέρες ἐπὶ τιμῇ τῇ Καλλιστοῦς, ἐπεὶ τάφον γε αὐτῆς ἀποφαίνουσιν οἱ Ἀρκάδες*. Consentaneum est eundem Mercurium, qui puerum ex utero occisae eriperet, hanc sepelisse ex eorum narratione, qui sepultam agnoscerent. Nec video cur Arati commemoratio interpolata habeatur, quae cum *ταφῆναι* male coit. Itaque recte Duebnerus intellexit in hoc scholio de tumulo Callistis agi, quem Pausanias VIII, 35, 8 his verbis describit: *τάφος ἐστὶ Καλλιστοῦς, χῶμα γῆς ὑψηλόν, δένδρα ἔχον πολλὰ μὲν τῶν ἀκάρπων, πολλὰ δὲ καὶ ἡμέρα, ἐπὶ δὲ ἄκρω τῷ χῶματι ἱερόν ἐστὶν Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν Καλλίστης*. Apparet vero parum apte cum tumulum *χωρίον* appellari, quod ex *χῶμα ἡρίον*, ut scripsimus, corruptum esse probabile est. Quod Pausania teste ille tumulus non sub ipso Lycaeo situs erat, non premendum est; hic mons nominatur, quia Callistonis fatum cum Jovis sacro Lycaeo aretissime conjunctum erat. Jam vero non latet totum scholium minime ad *Λυκαίω* pertinere, sed ad vs. 125 *Ἐλίκας δὲ λίπ' ἡρίον* et hanc lectionem egregie confirmare, id quod latuit Fritzscheium de buc. Gr. p. 47, quum primus perspexisset *Ἐλίκας* pro *Καλλιστοῦς* esse. Scholium propter Lycaei commemorationem ad alienum locum translatum est.

— lin. 18. Duebnero legendum videtur ἢ *Ἐρμου*, quanquam de Maenalo ut Mercurii filio non magis constat quam de Lycaone. Nobis, favente Gen.<sup>b</sup>, *Ἐρμου* spurium videtur ex prioro scholio lin. 8 errore aliquo illatum.

— lin. 22. Cf. EtG. 493, 6 *ῥίον* — *ῥοις ἀκρωτήριον ἀπὸ τοῦ περιρρεῖσθαι τοῖς ὄμβροις*, EtM. 704, 36 *ῥίον*; *τὸ ἀκρωτήριον*,

Vs. 125. Interpretatio *συστροφάς* glossatoris stolidi est *ἐλικας* legentis. Eum, qui primus *πηγῇ Ἀργούς* adscripsit. Adertus putat *ῥόν* pro *ῥίον* legisse. Attamen de fonte Argivo *Ἐλίχη* nihil aliunde constat, nec scio an in *πηγῇ Ἀργούς* lateat verior interpretatio *τῆς Ἀρκτον*.

ἐπεὶ περιφρεῖται ὕδατι, quae in scholio male aucta. Sequens scholium ad Ἑλλάδας pertinere Dukerus indicavit.

— p. 82, 2. Critici de hoc scholio tacuerunt; quod ita correctimus, ut αἰπὺ ex Αἰπύτιος τάφος decurtatum dicatur. Nam κεφαλή est ex or dium, ut in σίγχοσ ἀκέφαλος vel βραχνήκεφαλος. Interpretes ille sic voluit legi: Αἰπὺ τε, σήμα τήνο Λυκαονίδαο. Αεπυtus, sive Elati filius putabatur ut apud Pausaniam, sive Arcadis ut apud Hesychium, ex Lycaonis genere erat. — „Αγονα fortasse, quia sine liberis obiit Αεπυtus“ Duebn. Vix crediderim. Obscura autem etiam sequentis scholii extrema, quae ex codd. accesserunt.

— lin. 18. Minus probabiliter quam Hamakerus Duebnerus scribi jubet ἀμφιπονεῖν τὸ περὶ τι ἀναστρέφεισθαι π. ξ., ἀμφιπολεῖν δὲ κτλ.

Vs. 128—130, lin. 8. Duebnerus parum recte deletis φέρε εἶτα transponendo haec scholia elici jussit: οἱ μὲν κατὰ συναλοιφήν (ὠναξ), οἱ δὲ ἐκπληροῦσιν (ὠ ἀναξ), tum ἐν πῆκτοιο τοῦ καλῶς πεπηγότος, deinceps pergi φέρε δέ. Verissime nobis intellexisse videmur de duplici lectione agi, altera vulgata φέρε ἐν πῆκτοιο, altera quam Brunckius divinavit φέρειν πακτοιο. Frequens enim apud grammaticos συναλοιφή de elisione. In seqq. Adertus voluit μελ. δὲ ἦτοι ἦδ. ἦτοι ὄδ.

Vs. 132—136, lin. 16. Adnotatio de genere vocis βάτος ab hoc loco aliena est, ubi non apparet, utrum poeta praetulit; neque aliae offensiones desunt. Quum autem νάρκισσος non minus ambigui generis sit, codice Gen.<sup>b</sup> partim adjuvante locum ita constitui, ut post βάτος quaedam perisse et postea de genere vocis νάρκισσος dictum esse appareat.

— lin. 21. Homo incitus, qui haec addidit, debebat potius τὰ εὐκτικὰ ἀντὶ προστακτικῶν, ut est in SchRec. p. 85, 16 et in GIQ.

— p. 84, 14. Cum scholio, quod codicis Gen.<sup>b</sup> ope restitutum, cf. EtM. 182, 23 ἀχράς, ἡ ἀγρία ἄπιος παρὰ τὴν ὄχλησιν τὴν ἐν τῷ ἐσθίεισθαι γενομένην ὑπ' αὐτῆς, et similiter EtG. 99, 46. Vocem οἰονεὶ Duebnerus ante ὄχλησιν vel ante ὄχλάδας poni jussit.

— p. 85, 3. De Alexandro Athenaeus IX, 391. C. contrarium refert: ὁ δὲ Μύνδιος Ἀλέξανδρός φησι τοὺς παρ' Ὀμήρω ζωρὶς τοῦ σ κῶπας εἶναι καὶ Ἀριστοτέλη οὕτως αὐτοὺς ὠνομακέναι. Aristotelem apud Homerum κῶπες scripsisse testatur praeterea Aelianus H. A. XV, 28, cf. Theognost. Can. p. 136, 3. De σκαιάν, quod Hemsterhusius supplevit, cf. EtM. 719, 50 εἴρηται οὕτως παρὰ τὸ σκαιάν ἔχειν ὅπα, Eustath. 1523, 55 παρὰ τὸ σκαιάν ὅπα ἔχειν, SchHom. Od. ε, 66 σκαιοπέες οὖν τινές.

Vs. 138—141, lin. 6. Post συνάπτουσι Hamakerus excidisse

Vs. 127. Glossam ὀξύνετε Duebnerus interpretatur: „quasi dicas εἰς τὸ ὀξύ, τὸ ἄκρον, τὸ πέρας adducite.“ Mihi homo pro λήγγεε potius θήγγεε in mente habuisse videtur.

Vs. 133, lin. 22. Codex potius utroque loco κόμασαι habet. Quid κρόβηθι velit, nescio.

putat ταῖς Μοίραις, ut sensus sit „attribuunt linum Parcis“. Quo recte rejecto Duebnerus sic: „συνάπτουσιν, videlicet his locutionibus vel huic mytho: nisi (quod probabile) aliud verbum scripsit.“ Attamen συνάπτειν usitatum de nentibus, ut in proverbio λίνον λίνῳ συνάπτειν, totum vero scholium absurdissime corruptum, quod in probabilem sententiam restituere conati sumus.

Vs. 146—148, lin. 13 seqq. Recte etiam EtM. 739, 42. Phot. Suid. τὰ τῶν κηφήνων κηρία sine ἐκ. Vocem ἐπτάμεινοι, quam codices praebent, Duebnerus absurdam interpolationem existimat ejus qui οὔτινες perverse ad γόνους referret. Idem in ultimis, ut in codd. extant, aliam interpolationem stupidam agnoscit. Attamen extrema vulgatae lectionis minime genuina videntur, sed correctionem sapiunt. Quare mihi potius post ἐπὶ τῶν quaedam excidisse videntur in hanc fere sententiam: οἱ δὲ κοινότεροι ἐπὶ τῶν <ἡθονῆν παρεχόντων>, cf. Hesych. οἱ δὲ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἡθονῆν σχαδόνες. Extrema κηφήνων κτλ. sunt adnotatio ad scholii vocem κηφήνων adscripta, cf. EtM. 524, 48 de fucis: ἵνα εἰσελθόντες ἐσθίωσι τὸ μέλι, Tzetz. Chil. VIII, 207 de iisdem: πολὺ ἐσθίει μέλι et πολὺ γὰρ κατεσθίουσιν, ὡς ἔφην, οὗτοι μέλι. Ceterum codicum lectio Ἀριστοφάνης mihi jam verior esse videtur quam Ἀριστοτέλης, apud quem hic vocis usus non reperitur, vid. Schneider. in Lex. Intellige Aristophanem grammaticum, ejus λέξεις Ἀττικαῖς interpretatio τὰ τῶν κηφήνων κηρία debere videtur.

— lin. 20 seqq. Lectione Αἴγυια ex Gen.<sup>b</sup> recepta etiam magis apparet haec a Philemone grammatico petita esse, ex quo Athen. XV, 652. E. sic: Αἴγυιλίας φησὶν εἶναι τὰς καλλίστας ἰσχάδας. Αἴγυια δ' εἶναι δῆμον τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Αἴγυιου τινὸς ἥρωος ὠνομασμένον. Recte igitur φυλῆς a Τουπίο ejectum, quam vocem tuituri Gavelius proposuit δῆμος φυλῆς Ἀττικῆς ἀπὸ τινος ἥρωος, Heringa Observ. Misc. IX p. 963 ἀπὸ τινος ἐμφυλίου ἥρωος, Meursius δῆμος τ. Α. φυλῆς \*\*\* ἀπὸ τ. ἦ., tribus nomen excidisse ratus, neque aliter Hamakerus δῆμος τῆς Ἀττικῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς ἀπὸ τινος ἥρ. ὠν. Dinonis ἐν Περσικοῖς locus de ficis Atticis extat Athen. IX, 652. B. Cum ultimis cf. Steph. Byz. s. v. Αἴγυια: ἔστι καὶ νῆσος μεταξὺ Κρήτης καὶ Πελοποννήσου Αἴγυια, ubi Αἴγυια ex Meinekii emendatione.

Vs. 151. 152, lin. 3. Eadem nominis Κινάιθα interpretatio legitur SchVet. V, 102, nisi quod ibi οἷς pro αἷς. In sequente scholio Duebnerus proposuit ἐκ τοῦ κισσός, qui tum etiam καὶ τοῦ αἰθός scribere debebat. Sed rectius Hamakerus duas etymologias dari vidit.

— lin. 11. Etiam hic verba μὴ ὁ τράγος, quae partem paraphrasis continent, non tanquam lemma scribenda erant.

— lin. 12. „Hoc vult: utpote solis et τῆς συννόμου στερουμένης. Minime scribendum ὑμῶν“ D u e b n. Hoc voluit Bastius.

#### Idyll. II.

P. 90, 8. Teste Wartono p. VI in initio hujus idyllii manu re-



centi in p. scriptum: τοῦτ' ἄνευ τῶν πνευματικῶν θεωριῶν ἔοικε τῶ τῶν "Αἰσματι Αἰσμάτων (leg. "Αἰσματι τῶν).

— lin. 10. „In numero erravit Triclinius; lege ρξξ.“ Adert.

Vs. 2, lin. 24 seqq. Bene Hemsterhusii ingenium perspexerat in vulgata lectione ὄνομα πόλεως ad perversum locum aberrasse, cujus iudicium codices confirmarunt. Euphorionis fragmentum servavit etiam Stephanus Byz. s. v. Ἀλύβη cum pleniore titulo ἐν Ἀραῖς ἢ Ποτηριοκλέπη. Ibi ὅστις μεν et μῦνος, quae recte praetulit Meinekius; Τουπίο μῦνον verum visum erat „quod mihi unicum erat argenteum poculum“.

Vs. 3, lin. 5. λυπούντα etiam Phav., ubi verba ante οὔτος extant.

— lin. 14. Locus apud Homerum nusquam legitur, solum θυ-έεσαι Il. ζ, 270. ι, 499.

Vs. 10, lin. 11. Haec de Pindaro Bergkiius fr. 80 secundum vulgatam lectionem attulit (praeter Παρθενίων) nec varietate lectionis adnotata. Ex hac apparet ipsa ποῖται verba agnoscenda esse, quae in hunc fere modum restitui posse videntur:

— ἦτοι τῶν ἐραστῶν οἱ μὲν ἄνδρες  
εὔχοντ' αἰεὶν ἰαχᾶν Ἄλιον, αἱ δὲ γυναικες Σελάναν.

— lin. 16. Titulum Ἰππόλυτος Καλυπτόμενος tuentur Pollux, IX, 50 et lemma Stobaei Flor. XII, 10 apud Schowium. Itaque recte καλυπτομένῳ praetulit Hamakerus, quum Τουπίος κατακαλυπτομένῳ, Wartonus alterum utrum probasset. Sequentia verba mihi corruptissima esse videntur, quanquam critici taceant, nisi quod Duebnerus primum ὅτι delendum esse suspicatur. Codicum ope initium restitui, cujus vulgata lectio haud dubie correctori debetur, deinde interpolationem indicavi, quae ob initium corruptum facta est. Menandri fragmentum Τουπίος ad Suid. s. v. Ἰνγξ scripsit: ὦ νύξ, σὺ γὰρ δὴ πλείστον Ἀφροδίτης ἔχεις, quam correctionem Hamakerus confirmavit collata imitatione Philostrati Vit. Soph. p. 518 ὦ νύξ, σὺ γὰρ δὴ πλείστον σοφίας μετέχεις μέρος θεῶν. Et δὴ postea codices praebuerunt.

— lin. 4. „Additum hoc ob διάπυρος: nam (ut ait Empedocles) ἦλιος ὄξυβελής, ἀλλ' ἰλάειρα σελήνη. Hinc petatur exemplum verbi ἠπεθανώ apud H. Stephanum sine auctoritate positi; puto autem hoc loco intransitive dici, ut alia quaedam verba in ωω.“ Duebn. Nos lenem medelam adhibere maluimus.

Vs. 11. 12, p. 94, 7. Apparet in voce καλὸν interpretationem ad ἄσχα pertinentem latere. Scripsissem ἀκαλὸν vel ἠκαλον, si eas voces apud recentiores usurpatas scirem. Illud Hesychius et EtM.

Vs. 1. Φέρε ἀντὶ τοῦ ἐνεγκον et τὰ εἰς φιλίαν κινούντα γάρμακα. Y.<sup>6</sup>

Vs. 2. Adde glossam Ποτηριοκλέπη ἢ Ποτηριογλύπη 5., si Wartonus p. 200 vere de hac retulit. Quae potius est varia lectio.

Vs. 5. Eadem gl. in Y.<sup>6</sup>

Vs. 6. Ἐκρουσεν, ἀφιλος et αὐτοῦ. Y.<sup>6</sup>

Vs. 7. Τὰς κούφας, τὰς ἀβεβαίας. Y.<sup>6</sup>

Vs. 10. Διὰ τῶν ἐν πυρὶ κ. φ. etiam Y.<sup>6</sup>

44, 16, hoc EtM. 424, 16 per ἤσυχος interpretantur. In sequentibus Adertus sine idonea causa τροφὸν scribi jussit. Supplementum Σώφρων νεριτέρων ex sequente scholio petitum.

— lin. 12. „Sophronis testimonium ad νεριτέρων πρότανιν pertinere arbitror, minime vero ad sequentia, quae mythica sunt et quantivis pretii, nullo modo in mimum ficta. De qua re nobis quidem graviter errare videtur eximius vir in Aglaophamo p. 1291.“ Duebn. Similiter senserat Hamakerus, qui κατὰ καὶ Σώφρων parenthesi includi jussit.

— lin. 16. Duebnerus praeterea αὐτη pro αὐτῆς scripsit, qua mutatione non opus. Ceterum forsitan ἔθας etiam verius sit quam ἠθάς.

— p. 95, 8. Kiesslingius proposuit φυλακίς. Cum φυλακὴ cf. Hesych. φυλάδα, ἡ Ἐκάτη, ubi Lobeckius Aglaoph. p. 545 aut φύλακα scribi jussit aut φυλακά; hoc probandum.

— lin. 9. Cf. διὰ τὸ ἐκφέρεσθαι τῇ Ἐκάτῃ κύνας apud Hesych. s. v. ἄγαλμα Ἐκάτης et Ἐκάτης ἄγαλμα. In Aristophanis fragmento pro λεπρόν, ejus interpretamentum λευκὸν esse collatis scholiis ad Id. I, 39 — 41 Toupius vidit, Bergkii sine causa λεπτόν scripsit; κύων λεπρός est scaber, ein räubiger Hund.

— lin. 18. Hamakerus aut verba allegoricam significationem τῶν λαμπάδων declarantia perisse censet aut verba καὶ αὐτῆς λαμπ. ante σημεῖον transponenda.

Vs. 13 — 16, p. 96, 2. Piccolos conjecit ἐνηρεῖσθαι, sed cf. EtM. 375, 48 ἔρμα — παρὰ τὸ ἐνήρθαι et 303, 32 εἶρεσιώνη — ἀπὸ τοῦ τοῖς κλάδοις ἐνεῖρχθαι (ἐνήρχθαι EtG. Sorb. et Anecd. Ox. II, 436), τὰ ἐξ αὐτῆς κρεμάμενα, quorum locorum utriusque ἐνεῖρθαι reddendum esse Sylburgius indicavit.

— lin. 5. Compositum διαπελάζω nihili est; grammaticus δασπλήτης ex δυσπλήτης factum voluisse videtur. Mox ἵνα ἐγκείται (quae justa conjunctivi forma) solennis dictio est de parte vocis compositae.

— lin. 14. Pro μέγρι τέλους Gailius ex p. (sic) affert μετὰ τοῦ τέλους, quod siglum sphalmate pro P. positum videtur.

— lin. 19. „Ignoro quem montem dicat.“ Duebn.

— lin. 28. Duebnerus probavit ἐκτέμνοντι absolute positum, ut est in P. Gen.<sup>b</sup>, quanquam concedens Eustathium in integrioribus scholiis ζῶα invenisse. Attamen hoc etiam in his scholiis (quibus apparet non fere pleniora fuisse, quae Eustathius legit) recte reponi maxime intelligitur ex ξύλα in M. Gen.<sup>a</sup>, quod ex ipso ζῶα corruptum esse certum videtur.

— p. 149, 22. Rectissime Jacobsius pro edito loco potius apricum requirit vel, ut est in narratione apud SchApoll. I, 118, σύνδενδρον, sed pedes ἀσπίλους relinquentem. Quare ὑψηλῶ μῦτι in ψιλῶ.

Vs. 46—48, p. 151, 4. Ante verba ἄνευ seqq., quae vulgo praecedentibus sine distinctione adhaerent, lemma excidisse docet Gl. γρ. ἄτερ μαλοιο, ατερ τοῦ συγκαθεύδειν, qua etiam ἄνευ,

quanquam inepte dictum, confirmari Duebnerus indicavit. Idem Geelii conjecturam ἀντὶ τοῦ συγκ., quum hic vocis ποιεῖν interpretationem inesse voluisset, ita probavit ut οὐκ ἄτερ μαζοῦ τιθέναι dicatur esse συγκαθεύδειν καὶ προστερονίζεσθαι. Ipse obscuriorem interpretationem relinquendam censui.

Vs. 49—51, lin. 3. Ἀθάνατον jam Toupius scribi jusserat collato Zenobio III, 76, ubi de Endymione: ὁ δὲ αἰρεῖται κοιμᾶσθαι διὰ παντὸς ἀθάνατος. In SchApoll. IV, 57, ubi quaedam cum his scholiis congruunt, ex Epimenide refertur αἰτήσασθαι διαπαντὸς καθεύδειν.

Vs. 52, lin. 17. Haec Duebnerus fatetur se non intelligere; mirum sane si quisquam κεφάλαν in penultima acuebat, nec minus mirum quod is Nicander fuisse fertur. Attamen conferenda sunt pauca barytonesis Doricae exempla, quae attuli Dial. Dor. p. 27. O. Schneiderus ad Nicand. p. 135 dubitat de Geelii supplemento et interpretatione, quod Herodianus π. μ. λ. p. 39, 1 nihil de tali tonosi vocis κεφαλή moneat, qui omittere non soleat, si quae dictiones solitariae apud unum alterumve scriptorem in ordinem redactae inveniebantur. Saltem pro Nicandro, a cujus studiis talis observatio prosodica aliena sit, alius grammatici nomen reponendum censet, ut Amaranti, nisi potius post Νίκανδρος quaedam exciderint. Volkmannus de Nicandro p. 17 Νικάνωρ restitui jusserrat. Ceterum de prosodia κεφάλα dubitandi in Herodiani silentio nihil causae esse videtur, nisi forte propter idem etiam ab Aeolibus illam barytonesis temere abjudicaveris.

Vs. 54, lin. 10. „Τὸ ἐπὶ λακκῶν μέρος est pars illa concava, quae collo subjacet. Graeci antiquiores σφαγήν, Hypatus sive Georgius Sanginaticius de Part. Corp. Hum. p. 148 σφαγή, ὁ λάκκος τοῦ τραχήλου.“ Τουρ.

#### Idyll. IV.

Vs. 6, lin. 2. Aristot. fr. 262. Muell.

Vs. 7, lin. 21. De rariore constructione verbi ἀλείφεσθαι cum accusativo cf. SchArist. Eq. 580 ἔλαιον ἀλημιμένοις.

— lin. 3. Probari posset καλλιστῶ per abbreviationem hypocoristicam pro καλλιστέφανος positum; attamen lectio καλλιστέως in P. indicante Duebnero docet illud ex compendio male intellecto natum esse. Apud Aristotelem de oleastro καλλιστεφάνω haec leguntur: ἔστι δὲ αὕτη παρὰ τὸν Ἰλισσὸν ποταμόν, σταδίους ἕξ τοῦ ποταμοῦ ἀπέχουσα (SchAristoph. Pl. 586, ubi Aristotelis locus repetitur, pro ποταμοῦ est ἑρῶν, apud Suidam s. v. κοῖνον στεφάνω desunt σταδίους . . . ἀπέχουσα). Hinc Hemsterhusius ad Plut. 586, qui Aristoteli παρὰ τὴν Ἐλισσαν aut π. τὸν Ἐλίσσονα vel Ἐλίσσοντα et σταδίους ἕξ reddi jussit, in scholio Theocriteo, cui ὀκτῶ relinquit, suppleri vult ἥτις <Ἐλίσσης> ἀπέχει vel Ἐλίσσοντος vel etiam Ἀλφειοῦ. Attamen ἔλαιαν καλλιστέφανον, unde victoribus coronae dabantur, Olympiae fuisse ipse Aristoteles testatur (cf. SchPind. Ol. III, 60. VIII, 12), cujus locum in ipsa Alti vel potius

proxime eam quaerendum esse apparet ex Pausaniae descriptione V, 15, 3 quamvis obscura; quare Elisonis vel Elisae commemoratio aliena est, qui fluvius secundum Strabonem VIII p. 338 in Elidis *κοιλῆς* et Pisatidis confiniis erat. Neque magis intelligo quomodo Dindorfius, ad SchArist. p. 572 ab Aristotele Helissontem Arcadicum, qui in Alpheum influit Paus. V, 7, 1, nominatum existimet. Deinde Aristoteli pro τοῦ ποταμοῦ ἀπέχουσα, quod cum praecedentibus παρά τὸν — ποταμὸν male coit, ex SchArist. restituendum videtur τοῦ ἱεροῦ ἀπέχουσα. Jam vero apparet primum nomen fluvii Ἰλισσὸν (apud Suidam *Ἐλίσσον* V., *Ἐλίσσον* \*V.) falsissimum esse, quod ab interpolatore pessime intrusum videtur, qui non intelligeret ποταμὸν intelligendum esse Alpheum, cujus nomen in descriptione ad Olympiam pertinente recte omitti poterat. Deinde dubitari non potest quin intervallum octo stadiorum ab SchTheocr. indicatum aequum falsum sit ac sexaginta stadiorum apud Aristotelem. Attamen, quum Olympiae topographia etiamnunc obscurissima sit, certiore aliquam conjecturam proferre non audeo.

— lin. 6. „An οὐ καλῶς? sed est potius (nam οὐκ εὖ dici solet) epicrisis truncata.“ Duebn.

Vs. 10, lin. 8. Hoc scholium ex ultimo ad h. v., quod in k. hunc ipsum locum occupat, pessime corruptum est. In sequenti scholio, quod codicum ope in v. iorem formam restituimus, ἐντεῦθεν est interpretatio verae lectionis τουτόθε. Verba αὐτὸν τὸν καρπὸν intellige nihil aliud nisi fructum.

— lin. 13 seqq. Lectioni λέγει δὲ favet etiam superius scholium lin. 9., ubi δὲ—φρσιν. Ceterum scholium etiamnunc emendatore eget. In codicis k. corrupta lectione κρέως αἰσχεῖν latere videtur κρέως ἔσθειν vel ἔσθλειν; deinde pro ἀρχαῖοι malim ἀθληταὶ nec scio an οἱ ἀθληταὶ quod supra lin. 8. (quod scholium in k. proxime antecedit) in k. Gen.<sup>b</sup> abundat, hinc aberraverit. Duebnerus initio scholii abjecto post ἡγωνίζετο reliqua sequi jubet hoc sensu: μήλα de pomis potius intellige; οἱ γὰρ ἀρχαῖοι etc. — „Verba Homeri sunt de hieme. Vult igitur scholiasta ποῦταε μήλα esse πάντα τὰ θρέμματα, quia omnibus illis, non solis ovibus, hiems gravis est.“ Geel.

Vs. 13. Verba in \*4. \*5. inserta ad alteram interpretationem pertinent, quae sic restitui potest: ὡς σκαιὸν εὐρον τὸν βουκόλον, τὸν Κορύδωνα. Ceterum scholii initium justam verborum constructionem significat.

Vs. 15. Jacobsius transponi jussit πορεύεσθαι ἡγουν στείχεσθαι, ut origo vocis πόρις magis appareret; medii στείχεσθαι tum formam tum significationem Geelius ad Graecobarbara refert. Duebnerus, genitivos singulares τῆς ἀκμαζούσης etc. magis probans, verba τοὺς ταύρους στείχεσθαι corrupta putat. Ipse aliter judicavi. Hoc enim mihi satis certum videtur, στείχεσθαι ex στέεσθαι corru-

Vs. 10. Adde [τουτόθε:] ἐνθενδε. 6.

ptum esse, cf. Lucian. Alex. c. 11 *στυέσθαι ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μητέρα*. Jam hoc dixit, scholiasta tauros credi juvenecas maxime appetere et libidine actos ad illas *πορεύεσθαι*, hinc ridicule, ut solent, vocis *πόρις* etymon quaerens. Quum vero *στυέσθαι* in *σειρέσθαι* corruptum esset, librarii hujus interpretationem per *καὶ πορεύεσθαι* addi rati *καὶ* partim in ὅ ἐστι partim in ἤγουν mutarunt. In altera etymologia *πόρω* recte conjecerant Hemsterhusius et Geelius.

Vs. 16. Apud Callimachum h. Apoll. 41 legitur ἐν ἄστει δ' ὦ κεν ἐκείναι πρῶκες ἔραξε πέσωσιν, ἀκήρια πάντ' ἐγένοντο. Nescio an ὡς vel ὡς admisit, pro οὗ positum, quod ex Siculorum usu Theocritus ascivit. In ejusdem fragmento emendando critici infelicius versati sunt praeterquam quod Casaubonus *ἐνδυνκέως* divinavit, in ceteris vel ideo a vero aberrans, quod hunc locum a priore non sejunxit. Quo recte facto Heinsius Lectt. p. 321 proposuit *πρῶιον ἐνδυνκέως εἶδαρ ἔδων* <τρέφεται>, quorum *πρῶιον* etiam Casaubono in mentem venerat, sed ab ipso repudiatum erat; Toupius maluit <αἰδός> *πρῶικιος ἐνδυνκέως* <πρῶιον> *εἶδαρ ἔδων* collato Leonida AP. VI, 120; denique Geelius *πρῶικας δ' ἐνδυνκέως πρῶιον εἶδαρ ἔδων*, illis melius, quippe qui viderit aliquam vocis *πρῶς* formam inesse debere. *Πρῶικιον* — *εἶδαρ*, ut ipse lenissima mutatione scripsi, est esca quae fit ex rore; loquitur, ut intellectum est, de cicada. Vox *πρῶικιος* lexicis addenda.

Vs. 17, lin. 18. „*Ἄλλος* ob male intellectum voc. Siciliae.“ Dueb. n.

Vs. 18, lin. 3. Excidit, si recte video, altera vocis *κῶμυς* interpretatio, quae in Hesychii glossa infra posita lin. 8. primum locum tenet; intelligenda autem *εἰρεσιώνη*, quae et Thargeliis et Pyanepsiis circumferebatur et postremo ante januas statuebatur, cf. locos de iresione SchArist. Eq. 725 et Plut. 1054, Suid. s. v., Eustath. p. 1283 ex Pausania. Itaque in Cratini loco *κῶμυθα* hoc sensu uti ratus *εὐδήμου*, cujus loco Toupius proposuit *εὐόδμου*, Geelius *εὐδέσμου*, Meinekio in Comicorum ed. min. et Duebnero nomen proprium agnoscentibus, mutavi in *εὐδήμου* i. e. bene ominatae; deinde *τὴν λοιπὴν* suspicor ex *τολύπην* corruptum esse, quae vox de variis fructibus conglomeratis, quo etiam *κῶμυθος* appellatio pertinet, apte dici videtur; postremo *τῶν πρῶων*, quam lectionem praetuli, dictum puto de fructibus praematuris, qualibus Thargeliis iresionen ornari oportebat. Lectio *στεφάνων* vel *στεφάνω* ex aliqua glossa irrepsisse videtur, ut glossae ad Arist. Pl. 1054 *εἰρεσιώνην* per *στεφάνον* interpretantur. Numeros agnosco melicos a trochaicis ad glyconicos transeuntes. Ceterum Meinekio in edit. min. edidit: ὁ δὲ μετ' *Εὐδήμου τρέχων* | *κῶμυθα τὴν λοιπὴν ἔχει τῶν πρῶων*.

Vs. 19, lin. 17. *Λακωνικῆς* in SchRec. p. 162, 4. Geelio recte suspectum fuit, quod de Laconicae monte Latymno nusquam traditum esset, sed infelicius *Λακινίας* conjecit. Ipse illo loco et in glossis reliqui errorem ex corruptela antiqui scholii natum; hic vero *Λευκανικῆς* reponendum duxi, quanquam neque forma *Λευ-*

καρικὴ pro *Λευκανία* alibi legi videtur, neque Crotoniatis vulgo Lucaniae pars habetur; attamen illa per se proba est, neque Lucania ab agro Bruttiorum satis certis finibus distincta. Ceterum non repugno, si quis secundum *Λακωνίας* in Glk. genuinam lectionem *Λευκανίας* fuisse iudicet.

Vs. 20—22, lin. 9. De deminutivis in *ιχος* in Aeolide Boeotica frequentatis vid. Dial. Aeol. p. 216. Attamen nescio an ex optimi codicis lectione *αἰτολικόν* eliciendum sit *αἰπολικόν*, ut *πυρρικός* hypocoristicum esse dicatur, quali caprarii uti solent; loquitur enim Battus caprarius.

— lin. 10. „Καθ’ ἡμᾶς ad accentum retulerit; sed probabilius videtur τὸ γὰρ *πυρρικός* καθ’ ἡμᾶς *ὄσκαριος*, quod voluit Geelius.“ Duebn. Mihi potius *πύρριχος* h. l. sphalmate pro *πυρρός* scriptum esse visum est. Quo statuto transpositione non opus est; nam τὸ ante καθ’ ἡμᾶς noto more abundat. De bobus Epiroticis, quae *Πύρριχαι* vel rectius *Πυρρικαί* vocabantur nominis origine ad Pyrrhum relato, vid. Aristot. H. A. 8, 7, Plin. 8, 45, Lobeck Prolegg. Path. p. 342 et Thesaur. VI p. 2281. — „Geryonei quoque tauri erant *πυρροί*, et Hercules cum iis Epirum peragraverat.“ Duebn. Verba τῶν *Λαμπριάδων* δηλονότι, quae in codd. scholio adhaerent, Geelius post *οἱ βόες ἐκείνοι* transponi iussit; rectius nos, nisi vehementer fallimur, secundum codicum vestigia.

— lin. 14. Cf. Greg. 106 *πύρριχος ὁ πυρρός*.

— lin. 14. seqq. Falsum lemma Calliergianum praefixum est, postquam *δηλονότι* in *δήμος* corruptum esset. Restitutioni nostrae favet etiam sequentis scholii initium.

— lin. 20. Quae in Gen.<sup>b</sup> addita sunt, eandem variam lectionem, pravae correctioni debitam, continent, quam scholiasta recentior sequutus est. Hic servavit veram lectionem *ξημιωθῶσι*, vulgo in *ξημιωθῆ* depravatam vel propter praecedens *προσδεχθῆ* vel propter adhaerens sine distinctione ὁ *δήμος*. Sequentia vulgo perturbatissima sunt, quae codicibus partim adjuvantibus probabiliter nobis restituisse videmur. Proxima pertinent ad τοῖ τῶ *Λαμπριάδα* τοῖ *δαμόται*, in quibus *Λαμπριάδης* aut *δήμος* esse dicitur (ὁ *δήμος ὁ Λαμπριάδης*) aut demi eponymus; verba ὁ *Λάμπριος*, quae Gaisfordus auctore Hemsterhusio in ὁ *Λαμπρίας* mutavit, ab optimo codice recte absunt. Geelius professus est se verba ἢ ὁ *Λάμπριος* seqq. non expedire; Duebnerus quaedam excidisse putat, velut *οὐχ εὐρήται* vel *ἀγνοεῖται* τίς ἦν ὁ *Λ*.

— p. 163, 7. Cf. Greg. 107 *κακοχράσμων ὁ δίστροπος*.

Vs. 23, lin. 18. Trojana *στομαλίμνη* commemoratur a Strabone XIII p. 595. 597, et apud Homerum II. ζ, 4 varia lectio *μεσσηγνῆς ποταμοῦ Σκαμάνδρου καὶ στομαλίμνης* in Scholl. affertur. Varie autem critici ultima scholii verba tentarunt. Casaubonus ad

Vs. 23. Glossa *ἰδίως λίμνας* hoc vult, proprie dicendum fuisse *στόμα λίμνας*. Attamen Zieglerus, ut nunc video, eandem glossam legit *ἔς τὰς λίμνας*.

Strab., qui in cod. Gen. τὴν invenerat, proposuit τὴν ἐν Τρ. δὲ στομαλίμνην φασί, Is. Vossius ad Catull. p. 247 κατὰ τῆς ἐν Τροία δὲ στομαλίμνης πιθανῶς καὶ τοῦτο ὠνόμασται, Heinsius Lectt. p. 321 κατὰ τὸ ἐν Τροία δὲ στομάλιμον πιθανῶς καὶ τοῦτο ὠνόμασται, G. Dindorfius in Thesaur. VII p. 809 κατὰ τὸ ἐν Τρ. δὲ στόμα λίμνης πιθανῶς καὶ τ. ὠν., aut (si antea scribatur τοῦτο δὲ ἦν τὸ Στομαλίμνον) κατὰ τὴν ἐν Τρ. δὲ Στομαλίμνην πιθανῶς καὶ τ. ὠν., Duebnerus κατὰ τὴν ἐν Τρ. στομαλίμνην eiecit verbis τοῦτο . . . Κρότωνα, ut illa cum οὕτω φασί jungantur. Idem pergit „videndum autem an non ad Φύσκον pertineant verba πιθανῶς δὲ τοῦτο ὠνόμασται (παρὰ τὸ φύειν βοτάνας). De στομαλίμνω si dicta sunt, exciderint nonnulla ad regionis descriptionem pertinentia.“ Probabilis, nisi fallor, locum in eam sententiam restitui ut στομαλίμνη Troica dicatur et ipsa appellata esse διὰ τὸ λίμνην εἶναι ἑστομωμένην εἰς θάλασσαν.

— Vs. 24, lin. 5. Vocem συνέβη ab Heinsio additam non credo in k. extare, quanquam collatione tacente. Videtur autem etiam φασί ab ipso Phavorino additum, nec scio an παρόσον κατακαῆναι eodem sensu dictum quo παρὰ τὸ κατακαῆναι tolerari possit. Eadem constructio vulgo legebatur SchVet. p. 54, 21 παρ' ὄσον . . . πυροῦσθαι, ubi secundum codices edidi πυροῦνται. Neque minus παρὸ cum infinitivo junctum legitur p. 344, 12.

Vs. 25, lin. 15. „Eadem infra p. 165, 3. de μελιτεία et de eadem, ut hic γλανκίζουσα, infra p. 165, 5. γλυνκίζουσα; de quibus statuatur botanicae periti.“ Duebn. Μελίτεια etiam in Scholl. Id. V, 130 dicitur εἶδος βοτάνης γλυνκαζούσης, quam verbi formam fortasse etiam p. 165, 5. restituere debebam; nam γλυνκίζειν in unico exemplo, quod Thesaurus habet ex titulo petatum, est dulcia praebere.

— lin. 17 seqq. Cf. SchVet. VII, 68 τὴν κόνυξαν κνύξαν εἶπεν. ἔστι δὲ φυτὸν ψυκτικώτατον κτλ.

— lin. 21. Heinsius Lectt. p. 322 proposuit παρθένοι καὶ γυναικες τὸν βίον σεμναὶ κατὰ τὴν κτλ. Ego aliter, quia loquitur de canephoris, quae nunquam non erant virgines eaeque nobiliores, cf. Philochorum ap. Phot. Suid. Harpocr. s. v. κανηφόρος, ubi dicuntur αἱ ἐν ἀξιώματι παρθένοι, SchArist. Ach. 242 αἱ εὐγενεῖς παρθένοι. Libros a canephoris portatos esse aegre crediderim; desidero fere τὰς νομίμους θνητὰς καὶ ἱερά, quanquam homo Christianus, qui addidit ὡς ἐδόκει τοῖς Ἀθηναίοις vulgatam lectionem invenisse videtur. De ἀπήρχοντο pro ἐπήρχ. recte restituto Toupus contulit SchArist. Av. 1508 αἱ κανηφόροι ἀπιούσαι εἰς τὰ Ἐλευσίνα.

Vs. 26—28, lin. 11. Λευκαίνεται legendum esse optime Jacobsius divinaverat ad Eustath. 1766, 38 (adde 786, 18), EtM. 650, 1 et Suid. referens; corruptum λεπτύνεται jam SchRec. p. 166, 2. invenit. Πάλιν G. Dindorfius Thesaur. VI p. 92 ita defendi posse putat, ut ab grammatico pro usitato πάλην propter verbi παλύνω



originationem fictum credatur. Duebnerus ex codicis P. lectione πεπάλιν etiam παιπάλην elici posse iudicavit.

— lin. 15. Quum post φάλιον vulgo legerentur obscurissima verba ἀλεύροισ ἐν τῷ ἰσθίεσθαι, Casaubonus, qui in Gen.<sup>b</sup> horum loco ταῦρον invenit, ea ex altera pentametri parte ταῦρον ἠλεμίσαι (de qua constat ex EtM. 463, 4) corrupta esse conjecit, assentientibus Bentlejo et Duebnero. Aliter se rem habere jam ex cod. k. apparet. In verbis ex hoc prolatis εὐρώτες sunt σκώληκες, vermes, ut e contrario etiam situs σκώληξ dicitur, qua voce ad interpretandum εὐρώς utuntur glossae ad h. l. et SchArist. Nub. 44.

Vs. 31—33, lin. 16. De Glauce citharoedo vide Bergkium in Mus. Rhen. 1842 p. 357 seqq. Hemsterhusius et Geelii emendationem quum reliqua testimonia de ariete illam amante commendant, tum Aelian. V. H. 9, 39 Γλαύκης δὲ τῆς κιθαρωδοῦ οἱ μὲν φασιν ἐρασθῆναι κύνα, οἱ δὲ κριόν, οἱ δὲ χῆνα.

— p. 167, 1. Scholium de Pyrrho, quod vulgo ad vs. 20 legebatur, potius huc referendum esse et Hemsterhusius et Geelii intellexerunt. Hic praeterea vidit alteram ejus partem, quam Wartonus primus in lucem protraxerat, non ad Glaucam pertinere, quam Ptolemaei Philadelphi aetate vixisse etiam aliunde constat, neque cum Philoxeno comparari referebat, sed ad Pyrrhum, et ipsam Glossis docentibus poëtam dithyrambicum.

— lin. 3. Recte Dukerus (qui vel Ἀλκίνοος vel Ἀλκίνους): nam haud dubie rex Phaeacum intelligendus, qui Phaeacis filius fuisse traditur a Diodoro IV, 72, 4 et Conone Narr. 3. Eadem illius nominis corruptela est EtM. 138, 22 Ἀρετάν, ποταμὸς Κροτωνιάδος χώρας παρὰ τὴν Ἀρέταν τὴν γυναῖκα Ἀλκίμον, ἧς περιεῖ τὸ μνήμα, ὡς μαρτυρεῖ Φιλοστέφανος, ubi Ἀλκίνον scribendum esse et Ἀρήτην intelligendam Sylburgius adnotavit. Pro Σικελία Hemsterhusius et Kiesslingius postulaverunt Ἰταλία, et ille quidem quanquam memor Cluverii Ital. Ant. IV p. 1311, 39, qui recte admonuit more istius seculi etiam hic illam partem Italiae Siciliam vocari.

— p. 168, 4. Παρὰ recte divinaverat Heinsius Lectt. p. 322, πρὸς minus recte proposuit Toupius. Duebnerus ex lectione Κρότωνος ἄστεια in 4. 5. Gen.<sup>b</sup> elicit παρὰ Κρότων' ἐστ' ἄστεια numeris parum venustis; neque in repetito articulo haerendum, vid. Bernhardt Wiss. Synt. p. 322.

Vs. 34—37, lin. 7 seqq. De Astyanacte Milesio pancratiasta vide Meinekium in Exercitt. ad Athen. p. 14 et in Adnot. ad h. l. Theocriti, qui de ejus voracitate haec testimonia protulit: Syncell. p. 251 ed. Bonn. Ἀστυάναξ Μιλήσιος τὸ παγκράτιον νικᾷ τρίτον. οὗτος δὲ καὶ ἕξ ἀνδρῶν σιτία κατήσθιεν, Athen. X, 412 Ἀστυδάμας (leg. Ἀστυάναξ auctore Meinekio) δ' ὁ Μιλήσιος τρεῖς Ὀλύμπια νικήσας κατὰ τὸ ἐξῆς παγκράτιον, κληθεῖς ποτε ἐπὶ δειπνον ὑπὸ Ἀριοβαρζάνου τοῦ Πέρσου καὶ ἀφικόμενος ὑπέσχετο φαγεῖν πάντα τὰ πᾶσι παρασκευασθέντα καὶ κατέφαγε, et paullo post καὶ τὰ τοῖς ἐννέα ἀνδράσι παρασκευασμένα παρὰ τῷ Ἀριοβαρζάνῃ εἰς τὸ δει-

πνον μόνον καταφαγεῖν. Narratiuncula de ejus robore nullo alio auctore nititur; simile quid de Titormo pastore tradit Aelianus V. H. 12, 22. In lin. 9. ineptum αὐτοῦ, quod recte ab k. Gen.<sup>b</sup> abest, Hemsterhusius in τοῦ mutari jussit, Hamakerus Lectt. Philostr. p. 87 et Geelius in ἀθλητοῦ, Meinekius Exercitt. ad Athen. I p. 14 in πύκτον.

— lin. 16. „διὰ vitiosum est. Fort. ὡς ἔοικεν, εἰς δεινὴν ἀδδ., aut certe εἰς ἣν inferendum post ἀδδ. et scribendum ἐπὶ ἀθλήσει vel ἐπὶ ἀθλοῖς.“ Duebn. Mihi causa offensionis non apparet; hoc enim dicit interpres, Aegonem a Milone propter voracitatem incitatum esse ut athleta fieret, scilicet credente hominem etiam in hoc genere se dignum fore. Infinitivo προτετραφῆναι ex k. recepto aut notum attractionis genus agnoscendum est aut exclamatio, quales antiquus scholiasta saepius adscripsit.

— p. 169, 1. Pro νεομάλακτον desideraveris νεόμακτον, neque raro μάσσω in μαλάσσω corruptum; attamen νεομάλακτον ferri potest, quum μάσσω saepe per μαλάσσω interpretentur, ut EtM. 572, 52. 573, 24. Cf. infra SchVet. vs. 60. 61.

— p. 169, 2. Adde v. l. ἐπὶ τοῦ Λακινίου καὶ ἐκεῖσε E., ἐν τῷ Λακινίῳ \*H. \*M. (?) Mox Bastius conjecit παραρπάσας; sed veram lectionem περισπάσας praebuit codex k., h. e. pertrahens.

— Vs. 38. 39, lin. 11. Fort. verius ἔλλειπτικῶς, δεῖον εἰπεῖν. In seqq. Duebnerus conjecit ὡσεὶ pro vulg. ἢ εἰ. Geelius locum gravior corruptum esse ratus dubitanter proposuit διετέλεσα μᾶλλον ἐν λύπῃ, ἢ εἰ κτλ.

— lin. 14 seqq. Pertinent haec ad disceptationem de persona τοῦ καμάζοντος in Id. III, quem propter Amaryllidis amorem a Batto hujus idyllii non diversum existimabant, vid. ibi Hypoth. et SchVet. vs. 1. Dicitur vero ex hoc loco apparere Battum, Amaryllidis amatorem, caprarium esse, cujus rei in reliquo idyllio nullum indicium, non Theocritum personatum, quod quidam propter Id. III. posuisse videntur; optime enim se habet nominativus Θεόκριτος, quem cod. k. praebuit. Infra hinc colligitur etiam in Id. III. τὸν επικωμάζοντα non Theocritum esse, sed eundem Battum. Vocem ὑπερβολικῶς corruptam esse, quum in his nulla hyperbole sit, Duebnerus intelligens conjecit ὑπερβατικῶς. In fine scholii Geelius probante Duebnero scribi jussit ὅτε φησὶν ὁ Θ. Qui sententiam loci supra indicatam non recte perceperunt.

Vs. 45, lin. 6. Veriorem formam Ionicam μυρσίνης servavit Ammonius p. 123, unde etiam hic restitui jussit Duebnerus.

— lin. 10. Ad interpretationes vocis δύσσοα cf. Scholl. III, 24. Verba διὰ τὸ εἶναι πτωχά, quae ex auctoritate codicis k. circumscriptimus, in SchE. lin. 23. interpretationi τὰ δυσκόλως σωζόμενα adhaerent, utroque loco obscura. Geelius parum probabiliter πτω-

Vs. 40. De λοχάω cogitavit, qui ἐλελόγηται per ἐνήδρουν interpretatus est.

κάδες i. e. fugaces, timidi restitui jussit, qua voce rarissima soli poetæ usi sunt.

— lin. 12. „Nunquam legi potuit τρώγοντι δυσαία, sed memoratum fuisse videtur hoc adj. ut exemplum in regula de his compositis.“ Duebn. Mihi adnotator δύσοος ex δυσ et ἄω compositum voluisse videtur, vocali α in ο mutata.

— lin. 13. De σίττα et ψίττα cf. Scholl. V, 3. Interpunctio ante ὁμοίως tollenda esse videtur hoc sensu: „quo utuntur aequae atque altera forma ψίττα“. Geelius, sola varia lectione, quam Wartonus ex 3. attulit, cognita ἀποδιώκοντες τὰς βοῦς loco mutato post λέγονσιν οἱ βουκόλοι inserendum esse suspicatus erat.

— lin. 17 seqq. Duebnerus, qui adnotavit „mirum ὁ μὲν et ὁ δὲ pro οἷ“, sententiam loci non perspexit; nam ὁ μὲν est ὁ λέπαργος, si valet ὁ λευκόποκος (quae emendatio se facile tuebitur), ὁ δὲ idem, si intelligitur ὁ λευκόπλευρος.

— p. 172, 2. Duebnerus, apud quem ἡ λευκὸν casu exciderunt, suppleri jussit δέρμα λευκόν. <ἡ ὁ λευκός> κατὰ τὴν λ. Ad nostram emendationem cf. supra lin. 20.

Vs. 46, lin. 4. Duebnero vix credibile videtur Κυμαίθα invenisse, qui vocem a κώμης deducunt. Attamien apud etymologos Graecos nihil incredibile.

Vs. 48, lin. 9. Adertus tacite edidit ἄδε περισπαστέον; grammaticus voluit ἄδε, qui legitimus accentus est pro ἄδε, ἦδε. vid. Lehrs Q. Ep. p. 133. Sequentia non satis perspicua; ὁ δὲ et ὄδε distingui videntur.

Vs. 49, lin. 14. Archilochi verba ab aliis accuratius servata sunt, vid. Bergk. Verba in Gen.<sup>b</sup> addita, quae Adertus et Duebnerus non expèdierunt, Archilocheorum interpretationem continent; βάτιος, quod ex βάττος elicui, est Latinum vatius.

Vs. 55, lin. 22. Cf. Greg. 108 τὸ ὄσσιχον ἀντὶ τοῦ ὄσον.

Vs. 56, lin. 2. Geelius minus recte verba ἐξ οὐ καὶ πεδ. τὸ ὑποδ. in finem scholii transponi jussit.

Vs. 58. 59, lin. 7. „Est byzantina observatio de vocabulo γερόντιον, non hellenistico, sed vere diminutivo.“ Duebn. Quare ex SchRec. supplevi, quibus adnexa esset.

— lin. 9. In lemmate potius μυλλεῖ scribendum videtur, verbum a μυλλός ductum; nam idem codex affert v. l. μύλλει, cui turpiorem potestatem tribuit (sc. a μύλη). In textu idem k. habet μύλλει. De μυλλός cf. potissimum Eustath. 906, 53 μυλλός ὀξύτόνωσ ὁ διεστραμμένος τὴν ὄψιν. Quae vox cum stirpe sua simillima potestate utitur atque ἰλλός, ἰλλώπτω, ut suo loco amplius demonstrabitur. Hoc inter alia de amantium oculis usurpatur, cf. Ael. Dionys. ap. Eustath. 206, 30 ἰλλώπτειν καὶ ἐνιλλώπτειν τὸ ὑγροῖς καὶ ἐπιμόνουσι καὶ ἐπικεκλασμένοις ὀφθαλμοῖς ἐμβλέπειν. Eodem sensu interpres accepit μύλλειν; ridiculo errore ἐρώντες in γέροντας mutati sunt propter γερόντιον.

— lin. 12. Fortasse scripta erant μύλλει, ἤγουν <ἀλήθει.>

ἐπὶ <μίξεως> ἀίσχρᾶς, cf. Enstath. 1885, 22 μύλλειν παρὰ Θεοκρίτω ἐλέχθη ἐπὶ μίξεως οὐ σεμνῆς.

— lin. 14. Ex scholiis et glossis Theocriteis praeter Hesychium haust Phavorinus: μύλλει, πλησιάζει, συνουσιάζει, ἀλήθει, ἐλαύνει.

Vs. 62. 63, p. 177, 8. EtM. 531, 23 (inter κορυφή et κορύνη):

κόρσοιφος: (κόρσοιφος D., κόροιφος M., κόρυφος κόροιφος V.) οἰφεῖν τὸ συνουσιάζειν· ὅθεν καὶ Θεόκριτός φησιν· εὐγ' ὠνθρωπε . . . ἐρίσδει. ἢ τὸν ὡς κόρην οἰφώμενον (ύφόμενον D. P. et edd. antt., οἰφόμενον M.), τουτέστιν ὀχουόμενον· ἢ παρὰ etc. Vocis forma κορυφος, quam k. praebet, vera esse videtur, pathici vero ita appellati a κόρυφος i. e. teste Hesychio κόρυμβος γυναικεῖος, quasi hoc mulierum insigni utantur. Qui ad οἰφεῖν revocabant, v et oi secundum recentiorem pronuntiationem promiscua habebant, ut ὑφεῖ pro οἰφεῖ scriptum in proverbio infra allato apud Suidam, in cod. Coisl. Paroemiogr. I p. 196 et Apost. 3, 92, cf. praeterea infra ad Scholl. V, 43. In proximis Duebneri emendationem, cui Geelius ὁ καθάπερ κόρη οἰφώμενος proponens praeiverat, codex k. egregie confirmavit.

— lin. 9. Toupius, qui ὀπιπέειν excusare studet exemplis obscenioris usus allatis, comparavit ὀπιπέειν, quod certius de concubitu dicitur, et suspicatus est hujus Doricam formam esse οἰφεῖν. Idem Stephani non memor aeque οἰφολῖς postulavit; uterque Hesychii glossa usus est: οἰφολῖς γυνή, καταφερέης, μάχλος, πασηγιῶσα.

— p. 178, 3. Scholium ex sequente contractum est. In eo Casaubonus supplevit τοὺς Σατύρους <ἀκρατεῖς> οἱ πλείονες φασίν, probantibus Geelio et Duebnero; Toupius contra interpretatus est „tum Satyros tum Silenos a nonnullis Panes appellari“, quod Duebnero iudice graeca qualia leguntur nullo modo sonant. Veteriora docuit sequens scholium, vid. infra. Lemma hujus scholii potius Πάνεσσι esse debebat.

— lin. II seqq. Ad restituendum locum profuit EtM. 709, 6 Σάτυρος: παρὰ τὸ σάθη τὸ αἰδοῖον σάθηρος καὶ σάτυρος· καταφερέης γὰρ τὸ γένος τῶν σατύρων. Quum σάθηρος excidisset et pro σάτυρος secundum lemma σατυρίσχος scriptum esset, καὶ σατυρίσχος ad sequentia tractum est et in praecedente scholio inde lemma ἢ σατυρίσχοις fictum. Proxima optime in k. pr., nisi quod etiam hic frequentissimo errore φασίν pro φησίν. Scholiasta enim notabile arbitratus est, quod poeta de Panibus plurali numero locutus est, id quod de Silenis et Satyris usitatus; Πάνας etiam apud Aeschylum et Sophoclem inveniri. Qua sententia parum intellecta librarii primum articulo addito πλείους pro nominativo habuerunt, tum οἱ πλείονες scripserunt ut in sch. praec., ubi insuper verborum Πάνας et Σατύρους loci mutati sunt.

— lin. 15. Casaubonus Lectt. p. 249 coniecerat κατ' ἀγροῦς ὄντες, Bentley ad Callim. fr. 396 καὶ λαγνοὶ ὄντες, Toupius κατάλαγνοι ὄντες, Hemsterhusius καὶ λαγνεύοντες. Dindorfii emendatio-

nem recte Duebnerus praefendam censuit. Callimachi verba corruptissima, a quibus Duebnerus manum abstinuit; nescio an hoc modo in probabilem sententiam et numeros choliambicos restitui possint:

εἴ τι φῆρ ἐρημωθὲν  
ἄμηρος <εὔμηρον> γυναικίον περιᾶ.

In his φῆρ, quae emendatio mihi certior esse videtur, est Satyrus, ut Euripides Cycl. 620 Satyros θήρας dixit, cf. Hesych. s. v. θήρας. Is ἄμηρος, h. e. κακομηρος praedicatur propter ferinam speciem, ut cognati Panes ab ipso Theocrito κακόκνημοι dicuntur.

— lin. 20. Ineptus interpretes cutem minime levem, sed quasi saltuosam significari putavit.

### Idyll. V.

Vs. 1, lin. 22. Rectissime se habet ᾠκισαν, quod Geelius in ᾠκισαν vel ἀνώκισαν mutari iussit, nec minus infra p. 180, 3. ubi jam antea Reiskius ᾠκισαν scripserat. Qui inchoativae aoristi potestatis non memores erant, cf. p. 399, 13.

— p. 180, 1. Vitium, quod correximus, νῦν δὲ καλεῖται Θούριον, jam scholiasta Genevensis invenisse videtur, qui partem huius scholii in brevius contraxit, nec minus fortasse scholiastae recentiores.

Vs. 2, lin. 21. „ἀρσενικοῦ, nimirum ὁ νάκης, vid. Etym.“ Duebn.

Vs. 5, lin. 22. „Vid. Athen. VI p. 267. B. ostendentem, quid hic sit turbatum.“ Duebn. Athenacus sic: διαφέρειν δὲ φησι Χρῦσιππος δοῦλον οἰκέτου, γράφων ἐν δευτέρῳ περὶ ὁμοιοῦς, διὰ τὸ τοὺς ἀπελευθέρους μὲν δούλους ἔτι εἶναι, οἰκέτας δὲ τοὺς μὴ τῆς κτήσεως ἀφειμένους. ὁ γὰρ οἰκέτης, φησί, δοῦλός ἐστι κτήσει κατὰ τεταγμένους. Addito καὶ effeci ut scholium cum his non pugnet.

Vs. 6. 7, lin. 8. Vulgata καὶ συναυλεῖν αὐτῷ audaciorum sequentium correctionem continere videntur. In διὰ τὸ ἀρχειν forsitan adverbium ad αὐλεῖν pertinens lateat; interim cum Phavorino proscrispsi. De καὶ μόνον l. 10. Toupius conferri jubet sua ad Suid. s. v. Ἴσαν.

Vs. 10, lin. 5. Codicum lectionem Εὐμαρίτον Dindorfius The-saur. III p. 2341 in Εὐμάρον mutandam censuit probante Duebnero, Meinekios vero, qui per totum carmen nomen Εὐμάρας in Εὐμαρίδας mutavit, hic scribi iussit Εὐμαρίδα ἀντὶ τοῦ Εὐμαρίδον. Utrumque vel ideo probari nequit, quod minime apparet, quomodo scholiasta genitivum agnoscere potuerit; nam Eumaram ipsum δεσπότην esse ex vs. 73. 119 patebat. Itaque aliam medicinam tentavi; Εὐμάρης, Εὐμάρους erat nota nominis forma. Fortasse etiam rectius Εὐμάρη scripsissem, pejoris Graecitatis pro Εὐμάρει, ut scholiasta Εὐμάρα Dorica mutatione ex illo natum putaverit.

Vs. 63. „Κακοεράστοις fortasse lascivis“. Duebn.

— lin. 7. Veram lectionem esse *ἐνμάρα δέρμα τι* Koehlerus intellexerat. Ceterum mira haec fictio de vocis *ἐνμάρα* potestate ex glossa *δέρμα τι super τι* scripta manasse videtur. Quae codices I. M. P. in fine scholii habere traduntur, ex SchRec. petita.

Vs. 13, lin. 14. Verba ex Gen.<sup>b</sup> addita ad h. v. pertinere Duebnerus perspexit; non item transponenda esse, quare *δίῳτι τι ex δηλονότι* corruptum existimavit.

Vs. 14, lin. 1. Oppian. Hal. I, 20 *ἐπακτῆρων*, ubi Scholl. *ἐπακτῆρων: κυνηγῶν, κυνηγετούντων ἀπό τοῦ ἐπάγειν ἄτην.*

— lin. 3. Geelius suspicatus est *Ἀπόλλωνα* ex *Ἡανός ναόν* corruptum esse, quanquam etiam hoc restituto locus integer videri non possit; Duebnero legendum videtur *τινὲς δὲ τὸν <Πᾶνα ὡς καὶ τὸν> Ἀπόλλωνα φασὶν ἐπὶ . . .* Nostram emendationem suadet Pindari testimonium additum, firmat locus ex EtM. infra positus lin. 11.

— lin. 6. *Ἀττικόν*, quod Wartonus secundum Gl23 in *ἀττικόν* mutari jussit, Geelius recte tutatus est, maxime allato loco ex EtM., quem infra posuimus. De Pane Athenis post pugnam Marathoniam culto constat vel ex Herod. 6, 106. Ipsum vero *Ἄκτιος* pro *Ἀττικός* affert Stephanus Byz. s. v. *Ἀκτῆ*. Contra *ἀττικός*, forma a grammaticis ficta neque ab ipsis Graecis usitata, etiam in Gl. secundum cod. Lips. in *Ἀττικός* mutanda erat.

— lin. 13. Casaubonus Lectt. p. 258 hoc scholium affert tanquam ad *οὐ μ' αὐτόν τὸν Πᾶνα* adscriptum, qui recte intellexit, quo pertinere.

Vs 15. 16, lin. 22. Pluralis evincit etiam hanc interpretationem ad Aristophanis verba pertinere, cf. 'SchArist. Vesp. 738 *σισύρα* — *περιβόλαιον ἐκ δερμάτων συνερραμμένον.*

Vs. 21. 22, lin. 8. Clearchi, qui erat scriptor de proverbii, nomen restituendum esse primus vidit Schottus ad Zenobium.

— lin. 2. Geelius dativum *τῷ* postulavit; attamen recentissimi *χρησθαι* cum acc. jungunt. „*ὑποτάσσει*, cum conjunctivo struit. Sic schol. Pal. Odys. I, 168 et alibi.“ Duebn.

Vs. 25, lin. 4. Geelius, collatis quae leguntur in EtG. 322, 15 *κίλαιδος*: — *εἴρηται δὲ παρὰ τὸ κινεῖσθαι τὴν αἰδῶ, ἢ παρὰ τὸ κινεῖν τὰ αἰδοῖα*, recte vidit hic vocis *κίλαιδος* etymologiam tradi, quanquam ignorans eam ipsam in codicibus extare et vulgatum *κίλαιδος* intactum relinquens. Nolui autem cum Geelio ex EtG.

Vs. 12. Meinekius *Νηρησίαν* in *Κρησίαν* vel *Νησίαν* mutari jubet, quod Nereides prorsus alienae sint; etiam apud Zenobium Cent. VI, 21, ubi Hylas *παρὰ τῶν Νηρηίδων* raptus dicitur, *Κρηίδων* cum Valckenario aut *Νηίδων* scribendum esse. Attamen etiam in GlM. ad XIII, 43 *Νύμφαι* Hylam rapientes dicuntur *αἱ Νηρηίδες*. Praeterea infra vs. 17 *Νύμφαι λιμνάδες* in glossa eorundem codicum E. N. dicuntur *θαλάσσιοι Νηρηίδες*, in 2. *Νηρηίδες*; tum SchRec. VIII, 93 *Νύμφαν Ναῖδα* interpretatur *τὴν ἐν ταῖς λίμναις Νηρηίδα*. Itaque recentissimi Graeci omnes aquarum nymphas *Νηρηίδας* dixisse videntur; nec male *Νύμφαι λιμνάδες* Nereides haberi poterant, modo *λίμνη* intelligatur marina. De his vero h. l. Scholiasta propter vs. 17 cogitasse videtur.

τὴν αἰδῶ pro ἐν αἰδοῖ ponere; nam hoc recte dictum est ut ἐν αἰσχύνῃ pro αἰσχροῶς, illud vero corruptum esse videtur, quum grammaticus eo quo Geelius voluit sensu παρά τὸ κινεῖν τὴν αἰδῶ dicturus fuerit, ut deinceps in EtG. κινεῖν τὰ αἰδοῖα. Verba ἢ ἀναιδῶς pravam variam lectionem pro ἐν αἰδοῖ continere Duebnerus perspexit; non vidit etiam in sequentibus variam lectionem pro παρά τὸ κινεῖσθαι ἐν αἰδοῖ haberi. Utraque lectioni traditione ἐν αἰδοῖ praesidio est.

Vs. 26. 27. Nescio an rectius leviore mutatione λυμηρὰν scribatur, quam vocem etiam Theocrito secundum bonos libros reddidi Id. X, 57.

Vs. 28 — 30, lin. 2. „Ἡ ὄστις κτλ. turbata sunt, fortasse sic constituenda: ἢ ὄστις θελήσει ποιεῖν, οἶον καὶ σύ, νικήσειν φὰς τὸν κτλ., ut illa ἢ εἰπεῖν τοῦτο, ὃς ἀντὶ αἰγὸς κύνα ἀμέλγει retrahenda sint ad scholium praecedens post πέποιθας.“ Geel. Qui hoc unum recte vidit, locum correctione egere.

— lin. 7. Quum verbum ἰσαξιούν, quod ex conj. Toupii in Amst. receptum, probante etiam Duebnero, nemo alius usurpaverit, jam malim ἐξισοῦται.

Vs. 33. 34, lin. 6. Koehlerus proposuit εἶδος στρωμνῆς ἐκ βοτάνης. „Fuerint haec ἢ ἐστὶν εἶδος βοτάνης ex stupidis additamentis, quibus scatent scholia nostra; de στοιβῆ planta magister byzantinus in στιβάς cogitaverit.“ Duebn. Error ortus ex male intellectis verbis στιβάδα λέγει νῦν τὴν βοτάνην in SchVet., quae hoc volunt, στιβάδα hic esse ipsum gramen humo non ereptum cubili aptum. Post γράφεται Geelio τούτῃ excidisse visum est collato scholio ad vs. 103 τὸ δὲ τούτῃ ἐπιρρηματικῶς ἀντὶ τοῦ ἐνταῦθα; probavit Duebnerus. Ego potius τούτῃ supplevi collata glossa [τούτῃ:] ἐνταῦθα ἢ τοῦτο; nam τούτῃ non ἐπιρρηματικῶς dictum esset, sed ipsum ἐπίρρημα. Etiam in scholio vs. 103 rectius τούτῃ legi infra docebo.

— lin. 10. Pronomen ἄδε in antiquis exemplaribus bene hoc accentu scriptum interpres male pro ὠδε positum existimavit, cf. l. 12. Alio errore λαλεῦντι additum, tanquam illud varia lectio esset pro ὠδε ante λαλεῦντι.

Vs. 35 — 37, lin. 21. Haec, ut vulgo leguntur, corrupta esse et sensu carere non latuit Touplum, qui, veritus ne mutila essent, interim scribendum censuit τὸν Λάκωνα pro τὴν χάριν et προκαλεῖσθαι. Duebnerus proposuit ἐπὶ τῷ τὴν χάριν εἰς ἀχαριστίαν αὐτῷ περιεληλυθῆναι. <οὕτω γὰρ ἀγνώμων ὁ> παρ' αὐτοῦ διδαχθεῖς, ὡς καὶ κτλ.

Vs. 38, lin. 4. „Tale Socratis apophthegma non inveni, et senarii initium esse videtur. Nisi simpliciter corrigendum Ἰσοκράτους, qui ad Demonic. p. 8: τοὺς κακοὺς εὐ ποιῶν ὅμοια πείσει τοῖς τὰς ἀλλοτριὰς κύνας σιτίξουσιν.“ Duebn.

Vs. 34. Adde [Ἀκριδέες:] καταχρηστικῶς τὰ πωλία. E apud Bast. ad Greg. p. 321.

Vs. 40, lin. 17. Haec e glossis congesta; interpretatio *δυση-  
νές καὶ ἀνελ.* pertinet ad *ἀπρεπές*, cf. *GLM. ἀγενές*.

Vs. 41, 42, lin. 2. Geelius pro *πυγμαῖς* maluit *πυγὰς*. Interpretationem integram esse et castis auribus consulto accommodatam, id quod ex ipsis sequentibus verbis apparere, recte Duebnerus contradixit.

Vs. 43, lin. 13. Geelius proposuit *πείρεσθαι*, Duebnerus *πε-  
πειράσθαι*, qui cur *εἰργάσθαι* spreverint, quod Reiskius edidit, nescio. Intellige „paedicatione ista, quam dicis te in me perfecisse.“

— lin. 15. Cf. Greg. 101 *τὸν κυριὸν καλοῦσιν ὕβόν*.

— lin. 16. „*Γαμῶ* solam significationem τοῦ *οἰφεῖν* in hodierna graecitate servare monet Piccolos; quare nihil hic esse mutandum.“ Duebn. Vocem tentaverat Jacobsius.

— lin. 18. Aristoph. Ran. 423 *τὸν Κλεισθένη δ' ἀκούω | ἐν ταῖς ταφαῖσι πρωκτὸν | τίλλειν ἑαυτοῦ*, unde Wartonus et Geelius Clisthenem pro Cleone restituendum censuerunt. At scholiastam memoria fefellisse videtur.

Vs. 51, lin. 10. Intellige „*μαλακώτερα τοῦ ὕπνου* opportune dictum est.“

Vs. 53, 54, lin. 16. „Exciderunt quaedam: *ὥσπερ καὶ τὸ <κε-  
λαινών Αἰθιοπήων* (Idyll. XVII, 87) *φησὶ δὲ > Αἰθιοπίας φύ-  
σει ὄντας ἀμανροῦς*. Hucusque scholiasta vetus; sequentia ineptus homo Byzantinus adjecit. Non absimilis observatio de *ὕρῶν ἔλαιον* legitur sch. XV, 117, item a magistris ad ipsorum captum conformata.“ Duebn. Mihi parum credibile videtur grammaticum exemplo minime apto *κελαινών Αἰθιοπήων* usum esse, sed suspicor exemplum Pindaricum *ἀιθιοπίας φλογός* Ol. 7, 48 excidisse, in quo quum olim *ἀιθιοπίας* in *Αἰθιοπίας* corruptum esset, ineptissima illa de Aethiopicis addita esse. Ceterum cum ipso vetere scholio potissimum cf. Sch6. ad I, 57. 58 *τὸ δὲ λευκοῦ γά-  
λακτος τὸ ἴδιον τίθησιν. οὕτω καὶ μέλαν σκοτός*.

— lin. 19. Vulgatum *παρόσον* idoneo sensu caret; *πάρισον*, ut scripsi, notat epanaphoram *στασῶ—στασῶ*, quam figuram etiam Anonymus Rhett. VIII p. 639 inter genera *παρίσον* sive *παρισώσεως* refert. Aristotelis locum C. Muellerus inter fragmenta posuit fr. 285.

Vs. 59, lin. 2. *Τουπίου* supplendum censuit *<σκαφίς: ἀγ-  
γεῖον>*, ἐν ᾧ *εἰσὶ μελικηρίδες*; Duebnerus potius ἐν *οἷς* restituendum iudicavit. Mihi sensus esse videtur „quo (*τῶ κηρία μέλιτος πλήρη*) circumscribuntur *μελικηρίδες*.“

Vs. 61. *Σπάρταν κιλ.* est versus ex Euripidis Telepho fr. 695 W.; 722 N., qui in proverbium abiit, vid. *Paroemiogr.* I p. 307. II. 209. Pro altero *Σπάρταν* reliqui fontes *κείλην* (*κείλαν*) vel *ταύτην* habent.

Vs. 65, lin. 15. Wartonus Apostolium sequutus est, cujus non memor etiam Koehlerus *πεσούσης* conjecerat, qui postea vidit jam Erasmus idem praetulisse. In *Paroemiogr.* I p. 394 proverbio ad-

Vs. 55. *Sphalma πτέρω* corrige in *πτερω*.



duntur: γρ. καὶ ξυλοχίσδεται Δωρικῶς, unde intelligitur illud e scholiis Theocriteis haustum esse.

Vs. 67 — 69, lin. 10. In vulgata lectione duo diversa scholia male mixta sunt, id quod jam Geelius intellexit. Neque tamen recte vel hic μήτε Λάκωνι pro ὁμιλήσας scribi jussit inserto ἄλλως ante μήτ' οὖν, vel Duebnerus verba μήτ' οὖν . . . χάριν aut delenda censuit aut post ἀδικούμενον lin. 14. transponenda.

Vs. 72. 73, lin. 17. Collata glossa Lips. intelligitur hanc interpretationem proprie ad Συβαρίτα vs. 73 pertinere.

— lin. 1. Ταυτήν graecobarbarum pro τὴν αὐτήν, cf. ταῦτοι p. 60, †.

Vs. 78. 79, lin. 14. Intellige ἀνθις et suppletum ἀπελθεῖν conjuncta (ὁμοῦ) valere ἐπαναστρέψαι, cf. schol. II, 82 — 85 ἐπανεστρέψα· τοῦτο γὰρ ὁμοῦ τὸ πάλιν ἀπῆλθον.

— lin. 16. Duebnerus pro γελάσεται proposuit ἀνιάσεται. Forma ἀπολίσεται homini Byzantino condonanda.

Vs. 83, p. 200, 2. Pestis, ut ipsa res docet et sequens narratio, non Peloponnesios invasit, sed Heraclidas, quos coëgit ut Peloponnesum relinquerent. In hanc sententiam lacuna hoc fere modo expleri potest: λοιμὸς ἐπεκράτησε <κατὰ τὸν στρατὸν τῶν Ἡρακλειδῶν καὶ ἠνάγκασεν αὐτοὺς ἀπολιπεῖν> τὴν Πελοπόννησον.

— lin. 8. Verba διὰ τὸν λοιμὸν parum apta esse Geelius docuit, cujus emendatio Duebnero ingeniosa visa; nostrum αἰεὶ a tradito διὰ propius abest quam εἰς.

— lin. 12. Secundum vulgatam lectionem Argivi Apollini Carnei etiam Jovis et Hegetoris appellationem tribuisse dicuntur, id quod absomum. Quare καὶ Δία mutavi in ὧς Δία (constat enim καὶ et ὧς propter siglorum similitudinem saepissime confusa esse) hoc sensu: „Argivi Apollinem Carneum etiam Ἠγήτορα appellant ut Δία Ἠγήτορα“. Lacones enim Δία Ἀγήτορα coluisse constat ex Xenoph. de rep. Lac. 13, 2 et Nicolao Dam. ap. Stob. Flor. XLIV, 41, quem cultum etiam aliis Doriensibus communem fuisse consentaneum est; de Apollinis vero Carnei appellatione Ἀγήτωρ inde colligi potest quod Carnea teste Hesychio s. v. ἀγητής etiam Ἀγητόρια appellabantur. Deinceps vulgo parum recte Apollo Carneus appellatus esse dicitur, quod Carnus vates exercitum duxisset, id quod non fecit; immo ipse Apollo duxisse credebatur. Quare secundum codicum lectionem Κρανεῖον scripsi Κάρνειον, quam vocem olim ad τὸν αὐτὸν adscriptam ex margine huc aberrasse arbitror; deinde pro ὄν ex codd. recepi τὸν οὖν Κάρνον.

— lin. 17. Praxillae nomen Pausanias III, 13, 5 incorruptum servavit, quo teste Europae filio nomen Κάρνειος firmatur. Contra Hesychius Κάρνεῖος — ἴσως ἀπὸ Κάρνον τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης, unde Wartonus in schol. Κάρνον restitui jussit.

Vs. 69. Restitue in lemmate χαριξῆ, quod item alii quidam libri pro ὀνάσης habent.

— lin. 19. Verba τοῦ νιοῦ Διμήτρος in E. F. N. a recente librario pessime corrupta sunt ex genuinis Τρωικοῦ. Διμήτριος.

— p. 201, 7. Κρανείου verum esse iudicavit Duebnerus collato Pausania III, 13, 5, ubi: Ἀπόλλωνα ὀνομάζουσι Κόρνειον ἀπὸ τῶν κρανειῶν, ὑπερθέεντες τὸ ῥῶ κατὰ δὴ τι ἀρχαῖον.

Vs. 84, 85, lin. 22. Adertus proposuit: ὤφειλε γὰρ ὀρῶσα διὰ τοῦ ω τῆς δ. σ.

Vs. 89, lin. 2. „Recte Valekenarius: παρελῶσα ne a scholiasta quidem legi potuit, quod putabat Casaubonus. Absona haec reliqua erant ex notatione duplicis significationis verbi παρελαύνειν τινά, deinde stolide supplebantur“. Duebn. Locum corruptissimum, cōdicibus partim adjuvantibus persanasse mihi videor. Spectatur Homericum παρέλασσ' II. ψ, 382, quod interpretabantur παρέδραμε, ἐνίκησε, vid. Eustath. 1309, 20.

Vs. 92, lin. 19 seqq. Theophrastus H. Pl. III, 18, 5 sic: τὸ δὲ κυνόσβατον τὸν καρπὸν ὑπέρουθρον ἔχει καὶ παραπλήσιον τῷ τῆς ῥόας· ἔστι δὲ θάμνον καὶ δένδρον μεταξὺ καὶ παρόμοιον ταῖς ῥόαις, τὸ δὲ φύλλον ἀγνώδες; quem locum excerptens Athenaeus II, 70. D. dedit παραπλήσιον τῇ ῥοαῖ. Hinc Wartonus etiam in scholio restituendum iudicavit ὅμοιον ῥοαῖ ἔχον τὸν καρπὸν. Propius a tradito abest ὅμοιον ῥοαῖδῶ, quod exhibui; fortasse librarius scripsit ῥοαῖδῶ, quae teste Ducangio est forma graecobarbara pro ῥοαῖδιον. Duebnerus ῥοαῖδῶ satis defendi credidit iis quae Salmasius disputavit Hyl. Iatr. c. 25 p. 24 (hic tamen tacite ῥοαῖδῶ), modo ἔχον τὸν καρπὸν post δένδρον transponatur. Ἀκανθῶδες etiam Theophrasti peiores quidam libri habent, ἀγνώδες meliores et Athenaeus. Illud Theophrasto ex scholiasta de conjectura restituens Koehlerus comparavit Didymi verba Athen. II, 70. C. τὸν κυνόσβατον λέγει διὰ τὸ ἀκανθῶδες καὶ τραχὺ εἶναι τὸ φυτόν. Idem antea ἢ ταῖς ῥοαῖς secundum Theophrastum ejici jussit aut in ἢ ταῖς ῥοαῖς (potius ῥοαῖς) mutari.

— p. 204, 6. Duebnerus censet haud dubie ἢ Κρατίας κατὰ τινος scriptum fuisse, depravatum ob Κρατίδαν Theocriti; Κρατίας pro Κρατείας saepe in libris extare. Utnt est, ἢ Κρατίδης pravam variam lectionem continent.

— lin. 14. Ἄνθηρα SchNicand. Ther. 576 interpretatur ἀναχώματα τῶν ποταμῶν, EtM. 540, 1 in cod. Havn. τὰ τοῦ ποταμοῦ ἀναχώματα, Suid. et SchLuc. Lexiph. 2 ἀναχώματα, EtM. 101, 39 χῶματα τὰ ἀνέχοντα τὸν ποταμόν, EtOr. 15, 20 τὰ χῶματα καὶ τὰ χεῖλη τῶν ποταμῶν. Eadem quae in scholio corruptela est in EtGud. 348, 23 παρ' ἀνδρῶν, τοῖς τοῦ ποταμοῦ ἀναχωρήμασι.

— p. 205, 1. EtOr. 15, 20 et EtM. 101, 40 παρὰ τὸ ἄνω εἶναι τῶν διεφῶν, in hoc additis τουτέστι τῶν διύγων, EtG. 53, 43 corrupte παρὰ τὸ ἄνω εἶναι τῶν δωρέων, οἰονεὶ τῶν ὑδάτων, Suid. διὰ

Vs. 90. „Ob versum 134 Κρατίδας pro patronymico capit; vid. eundem glossatorem (K.) in vs. 90 et praesertim sch. Id. VII, 21, l. 9. Simile somnium de Clearista sch. 88.“ Duebn.

τὸ ὑπεράνω εἶναι τῶν διερωῶν. Ceterum Duebnerus transpositione careri posse arbitratus est, si verba κυρίως δὲ . . . διερωῶν in parenthesi posita existimentur. Koehlerus ex conj. restituit παρὰ τὸ ἄνω διερωῶν εἶναι, ut ante Heins. legebatur, praeterea φύονται ἐν ταῖς αἰμασιαῖς.

Vs. 94. 95, lin. 12. Cf. τὸ ἄγριον μῆλον infra lin. 6 et ἀγριόμηλα GIL. Etiam Stephanus in Thes. ἄγρια μῆλα tanquam scholiorum interpretationem attulit. De Asclepiadis lectione olim disputavi Philol. VII p. 442. Contuli Eustath. 878, 18 ἔσθ' ὅτι δὲ τὸ ὁμοῦ καὶ ἐπὶ χρονικοῦ, φασίν, ἐπιρρηματος τίθεται, ὡς τό: εἰ δὲ ὁμοῦ πόλεμος τε δαμᾶ καὶ λοιμὸς Ἀχαιοῦς, καθὰ φησιν Ἀσκληπιάδης. — καὶ Πανσανίας δὲ εἰπὼν καὶ αὐτὸς τὸ μὲν ἅμα χρονικόν, τὸ δὲ ὁμοῦ καὶ χρονικὸν καὶ τοπικόν, παρατίθησι καὶ ὅτι ἀμάμηλις σῦκον τὸ ἅμα μῆλον ἀνθούν καὶ μῆλον ἀμάσκον τὸ ἅμα σῦκον ἀνθούν (Hesych. ἀμάσκον κάδες, αἱ σὺν τοῖς σῦκοις γινόμεναι ἄποι), add. Eustath. 1713, 33 et Ammon. de diff. p. 14, ubi Asclepiadi eadem de ὁμοῦ tribuuntur. Quum igitur constet Asclepiadem Myrleanum de adverbii ὁμοῦ potestate egisse et Pausaniam in Lexico rhetorico de eadem re agentem ἀμαμηλίδας et ἀμάσκα commemorasse, scholiastae vero de Asclepiadis sententia referentis extrema verba aperte ad ἀμάσκα pertineant, collegi Asclepiadem in commentariis Theocriteis lectionem ὁμομηλίδες (i. q. ἀμαμηλίδες) commendasse et ad eam tuendam de ὁμοῦ temporali egisse, Pausaniam vero ex hoc fonte hausisse, in cujus verbis adeo, ut Eustathius satis concinne disputasse videatur, ὁμομηλίδες restituendum est. Scholium vero in hunc modum corrigendum duxi: Ἀσκληπιάδης δὲ διὰ τοῦ μ ὁμομηλίδες γράφει· ἔστι δὲ τὰ συνακμάζοντα τοῖς μῆλοις σῦκα (pro σῦκοις μῆλα), aut ἔστι δὲ τὰ συνακμάζοντα <τοῖς μῆλοις σῦκα, ὥσπερ ἀμάσκα τὰ συνακμάζοντα> τοῖς σῦκοις μῆλα. Forma ὁμομηλίδες etiam Aethlius in ὄροις Σαμίων apud Athen. XIV, 650. D. usus est.

Hoc iudicium de Asclepiadis lectione egregie confirmavit codex Gen.<sup>b</sup>, in quo legitur: Ἀσκληπιάδης δὲ ὠμομηλίδες λέγει. Itaque vulgatum διὰ τοῦ ω μεγάλου ex fortuita corruptione huius lectionis natum videtur.

— lin. 18. Verissime codices P. Gen.<sup>b</sup> infra κοκκοειδής. qui color ab ipso πρίνον fructu nominatus, cf. Theoph. H. Pl. III, 7. ἢ πρίνος τὸν φοινικεὺν κόκκον (φέρει), 16, 1 φέρει δὲ (ἢ πρίνος) παρὰ τὴν βάλανον καὶ κόκκον τινὰ φοινικεὺν.

Vs. 96, lin. 14. „ἢ μὲν φάσσα ipsius Alexandri esse videtur, qui subiciebat ἢ δὲ τρυγῶν vel simile, vide Athen. IX p. 394. E.<sup>b</sup> Duebn.

Vs. 98. 99, lin. 2. In hoc scholio corruptissimo Adertus duas notulas in unam conflatas esse putat, quarum altera ad ὄππια, altera ad πείκειν pertinent. Duebnerus proposuit: ἐντεῦθεν <δῆλον>

Vs. 93. „Pro τριακοντάφυλλα a graecobarbaro τριάντα.“ Duebn.

Vs. 96. Καλλιόπη pro Ἀλκίπη in E. legitur etiam ad vs. 105. 127.

vel νόει, ὅτι τὸ) πέκειν ἐτίθεισαν ἐπὶ τοῦ ξέειν vel ξαίνειν; junxisse enim eos πόκον πέξω et οἶν δωρήσομαι. Attamen etiam qui male jungebant πόκον πέξω, nihilo minus per κείρειν interpretabantur, vid. lin. 16. Emendatio ξαίνειν, quam etiam Adertus dubitanter proposuerat, necessaria est. Ita grammatici vulgo πεύκειν interpretantur.

— lin. 6. Ex hoc scholio manavit Gregor. 105: *πέλαν τὴν πορφυρᾶν οἶν φασί, τὴν μέλαιναν. <τὴν> γοῦν τοῦ σώματος . . . καλοῦσιν, uti librorum lectio emendanda est (τὴν μέλαιναν γοῦν a. b. c. Vat., τὴν μ. γὰρ vulg.); Koenio auctore minus recte nunc legitur φασί. τὴν γοῦν μέλαιναν τοῦ σώμ. Confer etiam EtM. 659, 9 πέλον γὰρ τὸ μέλαν· καὶ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος, ἥνικα ἂν ὑποδρομὴν αἵματος δέξεται καὶ μελαίνηται, πελιώματα καλοῦμεν. Ceterum ut in vulg. *πελιδνώματα* pro v. l. additum et in praec. sch. praelatum est, ita Phot. EtOr. 155, 5. 169, 30. EtM. 784, 45. EtSorh. s. v. *ὤπες ὑπόπια* interpretantur τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς πελιώματα (cf. Hesych. *ὑπόπια* — καὶ τὰ πελιώματα), contra Suid. τὰ ὑπὸ τ. ὀφθ. *πελιδνώματα* et EtG. 579, 52 s. v. *ὤπες* corrupte τὰ ὑπὲρ τοὺς ὀφθ. *περιδνώματα*, Zouarae p. 1889 libris inter *πελιώματα* et *πελιδνώματα* fluctuantibus. Melior auctoritas tuetur *πελιώματα*.*

— lin. 14. E. N. potius habent *ἐπιτ. ὄντα δηλ.*

Vs. 102. 103, lin. 10. „In mente habuerit Falernum montem.“ Duebn. Quod parum credibile. Nec scio cur non credamus in Sybaritide locum *Φάλαρον* vel similis nominis fuisse, quem Asclepiades in *Φάλαρος* agnovit. Jacobsius *Φάλαρον* servans postulavit τὸ καὶ νῦν *Φ. κ.*

— lin. 15. Scholiolum potius ad lectionem *τουτί* pertinet, ut etiam ex Lips. apparet, cf. supra ad vs. 33. 34.

Vs. 106. 107, lin. 16. „Non de cane haec delira loquitur, sed de λύκῳ, nimirum κύων ὃν λύκος ἄγχει, quod poëtica dictum existimaverit pro canis collare in collo ferens, λύκον capiens de βρόχῳ ἐκ δοῦν διανταίων.“ Duebn.

— lin. 18. Non est cur cum Aderto *ἔγγκειν* scribatur, quum etiam *ἔγγχειν* eodem sensu probum sit. Duebnerus, qui vocem corruptiorem esse putavit, non vidit etiam hoc scholium ad lectionem ὃν λύκος pertinere; *ἔγγχειν* est sonus canis collari ἄγχομένου. Emendationem *πνίγει* petiit ex SchRec. lin. 1., cf. Hesych. ἄγχει: *φέρει, πνίγει, πλησιάζει*, quam glossam Meinekius ad hunc locum pertinere iudicavit. Etiam reliqua lexica *αγχειν* per *πνίγειν* interpretantur.

Vs. 110. 111, lin. 17. Scholiasta *ἔρεθίζονθ'* legisse videtur, quod in a. q. s. extat; quanquam etiam lectiones *ἔρεθίζει* in L. et *ἔρεθίζων* in 12. in eam sententiam interpretari poterat.

Vs. 112, lin. 11. Interserta ex Gen.<sup>b</sup> verba glossam conti-

Vs. 103. Duebnero *φολιδωτὸς* potius ad *Κάναρος* pertinere videtur. Attamen item in SchL. lin. 13. ad *Φάλαρος* relatum. Interpres hoc a *φολλίς* derivasse videtur.

nent ad praecedentem in scholio vocem *ῥάγας*. Alterum ἦ in cod. ad sequentia tractum, ubi Duebnerus particulam recipiendam iudicat.

— lin. 13—16. Recte Geelius vidit duo diversa scholia permixta esse, quanquam librorum ope destitutus ea non recte separare instituit.

— p. 212, 6. „*Μηκώνην* urbem (ap. Suid.) et *Μύκονον* insulam confuderit.“ Duebn.

Vs. 114. 115. Haec continuant superius scholium *ῥαγίζοντι* p. 211, 10., ipsa interpretatione et codice Gen.<sup>b</sup> docentibus. Ultima ut vulgo leguntur *κατὰ τὴν συκάδην φύσιν*, in quibus obscenum vocis *σύνκον* usum agnovērunt Thesaur. VII p. 1024, parum intelligo. Quare ex s. L. Gen.<sup>b</sup> recepi *συκάδα*, ut *κατὰ τὴν συκάδα* sit in ficeto, cf. Hesych. *οἰνάδες*, *ἀμπελώδεις τόποι* et de perieicticis in *ἀς* Lobeck. Prolegg. Pathol. p. 445, qui eo loco neque *οἰνάς* commemoravit neque Hesych. *χειμάς*, *χειμών*, neque *νιφάς* i. e. imber nivalis. Praeterea cum Gen.<sup>b</sup> et *ἀλληγορεῖ* proscripti et *φύσιν* in *φῆσιν* mutavi.

Vs. 116. 117, lin. 15. Piccolos proposuit *ἡδύνονται οἱ πάσχοντες ἢ λυποῦνται*, quo non opus verborum ordine secundum codicem restituto.

— lin. 18. Toupius *προσεχόμενος* scribi iussit, probantibus Kiesslingo, Geelio, Duebnero, *κινεῖσθαι προσεχόμενον* idem esse dicens quod *προσκινεῖσθαι*, cuius obscenum usum exemplis demonstravit, ut Aristoph. *Lys.* 227. At ipsum *προσέχεσθαι* aliquoties obscenam potestatem habet, vid. Thesaur.

— lin. 4. *Αντεκινού*, ut scripsi, eodem obsceno sensu utitur quo *προσκινεῖσθαι*. — „*Ξεσηρῶς* non distincte scriptum simillimum est voci *σιγηρῶς*, quod cerni potest in L. Non varietas est igitur, sed vitium.“ Duebn.

— lin. 10. Bastio auctore Kiessl. seqq. receperunt *ὄρνέον ὁ νῦν σεισ*. Recte vero Geelius *ὄρνέον* quidem desiderari dicit, sed *ἔνιοι* retinendum videri propter EtM. 513, 12 *κιγκλῆς*, *ὄρνις λεγομένη πυκνὰ τὴν οὐρὰν κινούσα*, ἢν (ὁ V.) *ἐν τῇ συνηθείᾳ ἔνιοι σεισοπυγίδα καλοῦσιν*, qui locus ex ipsis scholiis Theocriteis ductus videtur. Quam lectionem Geelius desideraverat, eam ex 3. 5. (qui libri duplicem huius scholii redactionem habere videntur) protulit Gaisfordus; neque in hac cum Duebnero *ὄν* in *ὁ* mutare necesse est, quum *ὄν* ad *κίγκλος* referri possit. Alteram lectionem recentioris redactionis esse, etiam ex sequente voce colligi potest, quae in iisdem fere libris *σεισοπύγιον* (—ην) scripta, i. e. *σεισοπυγιον*, quae forma ex uno Tzetze affertur Hist. 11, 477 *ἔνυξ*, ἢ *ὄρνις ἢ κίγκλῆς*, ἢ *σεῖει τὸ οὐραῖον*, ἢ *πὲρ καὶ σεισοπυγιον καλοῦμεν φερωνύμως*. In *σεισοπυγίδα* non minus quam in *ἔνιοι* EtM. cum vulg. conspirat; eadem forma est in scholl. II, 17.

Vs. 118. 119, lin. 17. Cf. Greg. 95 *τὸ ἐκἀθήρεν ἀντὶ τοῦ ἐμάστιξε λαμβάνεται*.

— lin. 4. „Scribendum, ni magno pere fallor: *Ἀριστοφάνης*“

ἐσπόδει τὰς πλευράς, ἐκάθηρε. Haec vox tanquam glossa adscripta est insolentiori vocabulo ἐσπόδει. Cf. Ran. 675 ἀλλὰ τὰς λαγόνας σποδει, ubi scholiastes κάθαιρε. σποδεῖν γὰρ κυρίως τὸ τοὺς βωμὸν καθαίρειν. Vide praeterea Hesych. Vol. II p. 1250. "Jacobs. „Respexit ad Nub. 1379 κάπειτ' ἔπλα με κἀσπόδει, ubi ascripta fuit ad verbum ἐσπόδει explicatio grammatici τὰς πλευράς ἐκάθηρε, quam pro verbis ποῦτᾶε habuit scholiastes." G. Dindorf. Thesaur. IV p. 760. Jam ante hos Wartonus suspicatus erat ἐκάθηρε loci Aristophanei glossema esse. Mihi illa parum probabilia esse videntur neque video cur non credatur scholiasten τὰς πλευράς ἐκάθηρε (de hac voce agitur) in perdito comici dramate legisse. Sola corrupta vox πέδει emendanda est, quam in σποδῶν mutavi, numeros Glyconeos agnoscens. Ceterum hoc fragmentum in Bergkii collectione non invenio.

Vs. 125, lin. 23. Scholiasta sequitur lectionem σίου ab Eustathio commemoratam, quam a Ptolemaeo Energete propositam et commendatam esse Athenaeus tradit II p. 61. C.

Vs. 131, lin. 9. „Observatio prosodica ad κίσθος pertinet et κισθός, quod in aliquot codicibus legitur." Duebn. Nec minus praecedens descriptio, cf. Theophr. VI, 2, 1 ἄμφω δὲ (κίσθου διὸ γένῃ) ὅμοια τοῖς ἀγρίοις ῥόδοις, quare κισθός restitui.

— lin. 13. „Notum hoc de τραγακάνθη et aliis astragalibus peritos botanicae docebit, quam plantam hi grammatici voluerint esse ῥοδάκισσον." Duebn.

Vs. 136. 137, lin. 7. Duebnero iudice apparet μιμηλοῦ posteriori insertum esse; immo correctione factum ex μικλοῦ, ut est in Gen.<sup>b</sup>, hoc vero ex ποικίλου corruptum, cf. locos in Thesaur. IV p. 1583 allatos: Alex. Aphr. Probl. 2, 73 εἴρηται δὲ κίττα (morbosus cupido), ἀπὸ τοῦ ὀρνέου τοῦ αἰεὶ βῶλους κατεσθλοντος, ἢ ὅτι ποικίλον ἐστὶ τῷ χρώματι καὶ ἀλλόκοτος ὥσπερ ἡ τούτων ἐπιθυμία, Paul. Aegin. 1, 1 τὴν ὀνομασίαν ταύτην (κίττα) τὸ πάθος ἐκτίησατο διὰ τὸ ποικίλον τοῦ ζώου τῆς κίττης, Mosch. de pass. mulier. p. 13, 2 ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀρνέου, οὐτινος καὶ ἡ φωνὴ καὶ τὰ πτερὰ ποικίλα ἐστί. Post γυναικῶν Toupius excidisse suspicatus est τῶν γεννωσῶν: frustra Duebnero iudice. At παραλαμβάνεται Kiesslingii ingenio debetur, in qua voce verbi κισσῶν interpretationem latere maxime lectio προσλαμβάνειν in 3. persuadet. Hinc elicui τὸ συλλαμβάνειν, cf. EtM. 515, 40. EtG. 323, 24 κισσῶ τὸ μεθ' ἡδονῆς συλλαβεῖν et Cyrillum ἐκίσσησε Psalm. 50, 5 per συνέλαβεν interpretantem. Sequentia, quae Duebnerus sine justa causa a recentioribus magistris addita esse dicit, corruptissima esse Geelius sensit. Duebnerus suspicatur scriptum fuisse ἀηδίζονται πρὸς τὰ τοιαῦτα et mutatum, postquam plura excidissent, ab iis qui κισσῶν acciperent recente significatione in Etym. posita. Quod restitui, nisi fallor, probabilibus videbitur.

Vs. 141—143, lin. 8. Cf. Greg. 94 τὸ βρονθύεται φριμῆσεταιι φησί.

— lin. 12. Valeken. ad Ammon. p. 226 scribi jubet ἡ τῶν ἴπ-

πων φωνή, qua mutatione non opus, modo libris ducibus articulus proscribatur.

Vs. 147—150, lin. 15. Verum *κερατιστής* in SchRec. ex P. affertur, quum reliqui libri etiam ibi *κεράστης* habeant. Eandem corruptelam in schol. IV, 22 *Jacobsius* sustulit.

— lin. 1. „Notanda est formula *ἀμὸν ἐνίκησα τὸν Λάκωνα*, rector illâ quae in vulgatis est (lin. 19.) *τῷ Λάκωνι*.“ *Duebn.*

— lin. 4. *Geelius* *ἐγώ*, si servetur, post *κολασθεῖν* transponi jubet. Mihi tradita collocatio nihil offensionis habere videtur; hoc enim dicit periphrastes: „utinam fiam *Melanthius* et ab *Eumaeo Philoetioque* in *Ulyssis* domo castiger“, ut non referat, ubi *ἐγώ* positum sit.

### Idyll. VI.

Vs. 1—3, lin. 24. Recte haec dicta esse sine *ἄλλον* ante *τινα*, quod *Geelius* desideraverat, *Duebnerus* monuit.

— lin. 3 se eq. Hoc sch. etiam in E. H. extat. *Casaubonus*, qui id primus ex *Gen.*<sup>2</sup> protulit *Lectt.* p. 259, et *Geelius* scholiastam *συνάγαγεν* legisse existimant, quippe qui dicat τὸ ἐνικὸν ἐπάγεσθαι ἐπὶ τοῖς δυσί. At grammaticus potius agit de ὁ βουκόλος pro οἱ βουκόλοι, cf. *SchRec.* *Pind.* *Ol.* 4, 38 (ejusdem haud dubie *Moschopuli*): *χεῖρες δὲ καὶ ἦτορ ἴσον*: — *ἔχει δὲ ὁμοίως τῷ Δαμοίτας καὶ Δάφνης ὁ βουκόλος*, πλὴν ὅτι ἐκεῖ μὲν τὸ βουκόλος ἀπὸ κοινοῦ λεγόμενον ἀρκούν ἢ ἐντελῆ ποιῆσαι τὸν λόγον. — Verissima lectio μετὰ τὸ ἐν in *Gen.*<sup>2</sup>, quam neglexerunt quanquam jam a *Casaubono* prolatam, cf. *Eustath.* 1667, 35 de schemate *Alemanico*: γίνεται δέ, ὅταν τὸ μετὰ δύο λέξεις τεθησόμενον μεσολαβηθῇ μετὰ μίαν τεθίν. Ceterum idem scholium *Moschopulus* adscripsit ad *Hom.* *Il.* β, 145, ubi sola haec differunt: ὁ καὶ πρ. λέγ. om. — ἐν τοῖς δυσί. ἐπεὶ δὲ — μετὰ το ἐν — μάχη — οἶον . . . μάχης post ὑπερβάτω om. — λαμβάνων τὸ ἐπαῖξας.

— lin. 14. Quum verba ὁ δὲ πληρώσας αὐτὸ ταῖς θριξί aperte ad ἡμιγένειος pertineant, collata interpretatione, quae est in *SchRec.*, et *GIC.* ἀτελής τὴν γενειάδα, facile tibi persuadeas ante *πληρώσας* excidisse οὐπω. Attamen in *SchL.* et *GLL.* fere iisdem verbis sine οὐπω legitur τέλειον ἔχων τὸ γένειον ταῖς θριξί, quam interpretationem in *Sch.* a *Gailio* perperam lemme *πυρρός* instructam esse (gl. interl. adhaeret verbis ἤρουν ἀρτιγένειος ad idem *πυρρός* male relatis) satis patere videtur. Quare nescio an scholiasta potius ἡμιγένειος invenerit, cf. *Hesych.* ἡνιος, τελείου, νέου παρὰ τὸ ἡνις. Qui quum de etymo ἀννώ cogitasse videantur, ἡμιγένειος non minus quam ἡνις ad ἔνος vel ἔνος trahendum est, cf. *Arist.* *Ach.* 610 ἤδη πεπρόσβενας σύ πολὺς ὢν ἔνη; ubi schol. οὕτως ἐν τοῖς ἀκριβεστάτοις ἔνη, ἵνα λέγη ἐκ πολλοῦ. Ita

Vs. 150, lin. 27. „Nimirum *μαῦρος* ex nomine.“ *Duebn.* Non credo neque in appellatione *μωρός* offensionis aliquid video.

que ἡμιγένειος esset jam dudum barbatus, id quod sententiae multo melius convenire quam ἡμιγένειος suo loco docebimus.

— lin. 15. Duebnerus ὁ ἀρτίχρους hinc in praec. sch. (post γένειον puto) transponi jubet, sine causa; nam interpretatio ὁ ἦδη πάγωνίτης cum ἀρτίχρους synonyma est, cf. Plat. Protag. init. de Alcibiade: ἀνὴρ μέντοι — καὶ πάγωνος ἦδη ὑποπιμπλάμενος. ΣΩ. εἶτα τί τόυτο; οὐ σὺ μέντοι Ὀμήρου ἐπαινέτης εἶ, ὃς ἔφη χαριεστάτην ἦβην εἶναι τοῦ ὑπηνήτου, ἣν νῦν Ἀλκιβιάδης ἔχει; Homericum vero ὑπηνήτη vel rectius πρῶτον ὑπηνήτη (Il. ω, 348. Od. κ, 279) SchQ. ad Od., Apoll. Lex., Poll. 2, 10, Phot. Suid. interpretantur ἀρτί vel ἀρτίως γενειῶντι, Demosthenes ap. Eustath. 1658, 62 ἀρτί ὑποπιμπλάμενῳ γενείου, SchQ. ad Od. ὑπηνήτης ὁ τὸ χεῖλος πρῶτον χροᾶζων γενεῖω.

— lin. 18. „Pro παρμενίσκος Piccolos conjecit νεανίσκος. Crediderim potius, Parmenisci scholium aliquod in Euripidem huc olim fuisse translatum.“ Du e bn. Accedo, eaque de causa, quum jam lemma ὁ δ' ἡμιγένειος interpretatione careat, lacunam indicavi.

— lin. 4. Geelius desideravit γενειάδων, non memor Aelii Dionysii apud Eustath. 1257; 57 γένεια αἱ τρίχες, γένειον δὲ ὁ τόπος. Et γένεια hoc sensu legitur p. 332, 14. 333, 30.

Vs. 6, lin. 17. Ad h. sch. et vocem Γαλατεία a nobis supplementam cf. Hypoth.

Vs. 7, lin. 23. Jacobsii conjecturam ἐπεῖχεν αὐτῇ recepit Kiesslingius; vulgatae recte patrocinati sunt Geelius et Duebnerus.

Vs. 9—12, lin. 11. Priora ipse Calliergus in locum antiqui lemmatis substituisse videtur, quod vulgatam lectionem ἄδ' ἔδε tenebat, ad quam scholiasta variam lectionem ἀδὶ sine δὲ annotaverat, quae in p. s. extat. Non recte Duebnerus probavit γραφεται καὶ ἀδὶ sine δὲ, ut primus Reiskius ediderat.

— lin. 20. Hemsterhusius eum, qui primus per ἀναβραττόμενα interpretatus est, intellexit potius παφλάζοντα invenisse, quod postea ex 9. prolatum est.

— lin. 24. Κινουμένον, quod Geelio suspectum visum, Duebnero iudice, quanquam singulariter pro κλυζομένον positum, tucur GIE. καχλάζοντα: κινούμενα. Rectius credes scholiastam, qui lectionem καχλάζοντος ἐπ' αἰγιαλοῖο interpretatus est, αἰγιαλός non de littore, sed de maris prope littus aestuantis superficie accepisse, ut δηγμὸς utraque potestate utitur, cf. p. 235, 9. ἐπάνω τῶν κυμάτων, et GIM. πορευομένην ἐπὶ τοῖς κύμασιν. Agnosce autem hunc vocis αἰγιαλός usum, de quo lexica tacent, etiam in proverbio αἰγιαλῶ λαλεῖς. Plura disputabimus in Adn. Crit. ad ipsum Theocritum. De vulgato εἰς τὴν θάλασσαν, quanquam aperte sensu caret, critici tacuerunt. Ultima aliam interpretationem continent, quae in littore currentem agnoscit; quare καὶ in ἡ mutandum erat.

— lin. 7 seqq. Haec, quae Duebnerus paullo iniquius plane perditorum ingeniorum esse dicit, hoc velle videntur, Galateam



super undas incedere dici, quemadmodum γαλήνη, qua cum voce Galataeae nomen cognatum sit, in maris superficie versetur.

Vs. 13. 14, lin. 18. Coniunctivi κατεδέσθηται exemplum ex Galeno attulit Lobeckius ad Buttm. II p. 185.

Vs. 15. 16, lin. 20. Scholia hoc et sequens potius αὐτόθει interpretantur.

— lin. 9. Duebnerus probavit ὡς κεκαυμένοι: at αἱ κεκ. sine offensione est, si a καυραὶ novum scholium incipitur, ut vulgo major interpunctio antecedit. Idem recte vidit ad θερμότητα variam lectionem λευκότητα ex alio libro adnotatam esse. Debebat tamen illam damnare, quae male ex κεκαυμένοι ficta est; Geelius rectissime intolerabilem ejus tautologiam exagitavit. Existimat autem Duebnerus θερμότητα vel λευκότητα ad Galateam pertinere, auctore Geelio, qui λευκότητα prorsus damnans valde improbabilem conjecturam proposuit. Mihi potius ea verba appellationem πάπποι illustrare videntur. Utut vero est, post ἡλίου quaedam excidisse certum videtur.

Vs. 18. 19, lin. 13. In loco corruptissimo Adertus proposuit τὸν ὕστ. λίθον στ. ὄντα <ἀπὸ> τῆς ψυχῆς ὡς ἀπὸ γρ. τεχνῆ τινὶ κινεῖ.

— lin. 15. Qui γραμμῆ per σφενδόνη interpretabantur (i. e. a nuli pala, cf. Gl.), de magico quodam usu cogitabant, qualis de Gyge commemoratur, τὴν σφενδόνην τοῦ δακτυλίου convertente, vid. Plato de rep. II, 359. E.

— lin. 22. Koehlerus volebat πάντα λίθον κινεῖ, ut postea in E. repertum est et supra lin. 11. in Gen.<sup>4</sup> Utrumque probum: nam proverbialiter non solum πάντα λίθον κινεῖν dicitur, sed etiam πάντα κάλων κινεῖν, vid. Paroemiogr. II p. 104. 287. Quo proverbio universa loci Theocritei sententia illustratur.

— p. 228, 2. Geelius coniecit πονήσαντες, qua mutatione non opus; nam πολλά ποιεῖν dictum est ut πάντα ποιεῖν.

— lin. 10. Ad emendationes scholii cf. Apostol. IX, 21 καὶ τὸν ἀπὸ γραμμῆς κινεῖ λίθον: ἤτοι ἀπὸ ἀρχῆς βάλλει et Suid. ἀπὸ γραμμῆς: οἶον ἀπ' ἀρχῆς, ἐκ μεταφορᾶς τῆς τῶν δρομέων ἀφειρησίας καὶ γραμμῆς, ἣν ἀφῆσιν καὶ βαλβίδα καλοῦσιν, unde hausit Apostol. III, 48. Duebnerus voluit γραμμῆ ἢ τῶν δρομέων σπάρτη, quo sensu σπάρτη non videtur usurpari. Accedit quod turbatus verborum ordo satis apparet ex perverso initio κυρίως δέ, cuius loco Duebnerus κυρίως μὲν proposuit. Ceterum corrupto lemmati ἐπιγραμμῆς nihil tribuendum.

— lin. 18. Duebnerus talia fere excidisse suspicatur: ἐν τῷ ἔρωτι <γὰρ καὶ τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται>. Idem in ultimis corruptissimis proponit ἐτέρωσε ὁ ἔρωσ μεταφ., vel potius οἶον τὸν ἔρωτα ex p. 227, 18.

Vs. 20—24, lin. 3. Interpretatio ἤρξατο ex glossa irrepsit, vid. Gl., hinc propter tempus aliena.

Vs. 18. Cum prima glossa cf. GIM. ad vs. 15.

Vs. 10. Correxī secundum poetæ verba.

Vs. 28, lin. 6. Cf. SchApoll. I, 1265 Σώστρατος δὲ ἐν τῇ τε-  
τάρτῃ περὶ ζώων διαστέλλει τὸν μύωπα τοῦ οἴστρου.

Vs. 30, lin. 10. Piersonus ad Moer. p. 193 pro μερῶν scribi  
jussit μηρῶν probante Geelio, quanquam illud Toupius defendit  
collatis Hesychii verbis s. v. ποχῶναι: — οἱ δὲ τοῦ ἱεροῦ ὄστοῦ  
τὰ ἐκατέρωθεν μέρη.

Vs. 31. 32, lin. 4. Geelius non dubitat quin legendum sit  
τερπνόν τι.

Vs. 39, lin. 14. Bentlejus scripsit δαῖμων, τρίς (δαῖμων etiam  
Toupius), verius etiam existimans Καλλιμαχος δ' Αἰτίων· τρίς.  
Melius Boissonadius ad Theoc. locum ex sua Callimachi editione  
(quam mihi inspicere non licuit) afferens δαίμων, τῇ scriptum ha-  
bet. Τῇ est in ejus honorem, propter quam, cf. Strat.  
AP. XII, 229 ὡς ἀγαθὴ θεὸς ἐστὶ, δι' ἣν ὑπὸ κόλπῳ Ἀλεξί πτυ-  
μεν ὑστερόπουν ἀζόμενοι Νέμεσιν, quod epigramma Toupius appo-  
suit, δαίμονα recte intelligens Nemesin. Cf. Boisson. ad Callim.  
p. 207.

Vs. 40, lin. 1. In SchPind. Ol. XIII, 56 Τιμάνδρου Corinthii  
filiae commemorantur Ευρυτιῶνη et Κωντιῶ ab Heraclidis occisae.  
Hinc et propter reliqua scholia pro Κορτιῶ restitui Κορντιῶ. Dea  
Thracica, cujus cultum Corinthii mature receperant, cum antiquis  
fabulis conjuncta est.

### Idyll. VII.

Vs. 3—9, lin. 12. Mira sunt et utique perturbata, quae de  
accentu genitivi *Αυκ.* traduntur. Nam Aeolis ignorat terminatio-  
nem *εως* neque, si cum Phavorino Aeolicum accentum in *Αυκώ-  
πεος* agnoveris, credibile est antiquos grammaticos Coi hominis  
nomini Aeolicum accentum obtrusisse. Unde hae turbae ortae  
sint, intellexisse mihi videor ex Arcadii et Theognosti locis, quos  
ex eodem Herodiani loco excerptos esse facile apparet: Arcad.  
p. 26, 13 ἔτι τὰ διὰ τοῦ ωρης, Διῶρης *Αυκῶρης*, ὅπερ Καλλιμαχος  
οξύνει, Theognost. p. 45, 30 τὰ διὰ τοῦ ωρης διὰ τοῦ ω μεγάλου  
γράφει τὴν παραλήγουσαν· οἷον κατῶρης, Διῶρης ὄνομα κύριον, αὐ-  
τῶρης, νεσσῶρης, ὑλήῶρης, νεῶρης. ἢ *Αυκωρέος* γενική ἀπὸ τῆς  
*Αυκωρέως* (cod. *λυκορέως*) εὐθείας ἐκφερομένη οὕσα τετήρηται. Mi-  
nime credi potest Callimachum *Αυκωρέος* scripsisse contra legem;  
sed collato Theognosto apparet Arcadium male excerptisse et  
Callimachum potius *Αυκωρέος* probasse, hunc genitivum a *Αυκω-  
ρέως* ducentem, non a *Αυκῶρης*, unde illi qui *Αυκῶρεος* praefere-  
bant. Jam vero hoc *Αυκῶρεος* vel *Αυκωρέος* olim in loco Theocri-  
teo pro tradito *Αυκωπ.* lectum esse, persuadet mihi primum mira  
illa de accentu controversia; neque enim *Αυκῶπεος* a nominativo  
*Αυκῶπης* repeti vel ulla de vero accentu *Αυκωπέος* dubitatio esse

Vs. 30, lin. 30. „Ρογχαλίξειν hodieque in usu est neque debet mu-  
tari.“ Piccolos. Tentaverat Adertus.

Vs. 39. Duebnerus suspicatur ἵνα ἀποτροπᾶς λάβω.

poterat. Quam autem *Λυκώρειος* in *Λυκώπειος* corruptum esset (fortasse propter *Λυκωπίτας* vs. 72), ut traditum in antepenultima accentum tueretur, scholiasta male ad Aeolicam dialectum con fugit. Mira lectio *Λυκώπειος* διὰ τοῦ ω μεγάλου ex antiquiore scholio male intellecto orta videtur, ubi de *Λυκώρης* et aliis in ωρης in penultima διὰ τοῦ ω μεγάλου scriptis praeceptum erat ut apud Theognostum. Alterum argumentum, cur Callimacheum illud *Λυκώρειος* Theocrito vindicandum iudicem, in eo positum est, quod in scholio vs. 60 aeque accentus vocis Theocriteae a vulgato discedens Callimacho tribuitur. Patet autem hanc prosodiae Theocriteae curam non posse ad Callimachum illum clarissimum, Theocriti aequalem referri, sed recentiore quendam grammaticum, Herodiano tamen antiquiorem, intelligendum esse. Nisi audacius esset utroque loco nomen corruptum existimare, suspicarer de Callistrato Aristophaneo, quem constat non solum in Homero sed etiam in aliis poetis commentatum esse ut in Cratini *Θράττας* Athen. XI, 495. a. Plura de his Callimacheis disputavi in Praef. §. 3, 3. e.

— lin. 18. Cum lectione codicis Gen.<sup>b</sup> cf. Suid. s. v. *χαῖα* : *καὶ χαῖα παρὰ Λακεδαιμονίους τὰ ἀγαθὰ*, quae nunc secundum optimos libros ejecta sunt.

— p. 238, 6. Verius est nomen *Ἀνταγόρας*, quo etiam unus ex antiquis Cois appellatur apud Plutarchum Q. Gr. 58. Idem apud recentiores Coos in usu fuit, vid. Papii Lexicon.

— lin. 25. Parum recte *ἀγαθοὶ ὄντες* in Amst. editum est, cf. supra p. 237, 20.

— p. 239, 27. Eadem ex codd. L. Gen.<sup>b</sup> infra posuimus p. 240, 22. Verba *καὶ βουγαίος* cur proscripserimus, non latet; hoc certe loco tolerari non possunt. *Βουγαίε* apud Homerum bis legitur, Il. v, 824 *Αἴαν ἀμαρτοεπὲς βουγαίε* et Od. σ, 78 *νῦν μὲν μήτ' εἴης βουγαίε*. Illum locum Geelius spectari putat et *δὴ νῦν* ex *Αἴαν* corruptum; Duebnerus verba ad Odysseae locum refert, alterum quoque probari posse censens.

— lin. 29. Nicanori infra p. 240, 18. recte forma *Βούρρινα* tribuitur, quam etiam hic restituimus.

— p. 240, 5. Geelius conjecit *ἐξεχειτο*, collato *ἐκ τοῦ ποδοῦ ἐκχεισθαι* lin. 25.

— lin. 16. In Philetæ verbis tenui Heinsii emendationes, quanquam dubitatione non carentes, nisi quod neque *Βορίνης* probari poterat, ut ille scripsit, neque *Βυρίνης*, ut Kiesslingius, vel *Βυρίννης*, ut Bachius. Nominis forma *Βύρινα*, quae supra in hoc scholio legebatur, et *Βύρις*, quae in priore scholio, nulla librorum auctoritate nituntur, neque primae syllabae correptio satis defendi potest. Nam etiamsi grammatici verbis in EtM. 216, 55 *τὸ γὰρ β ὕ ἐπὶ τοῦ μεγάλου ἐλέγετο* de particulae *βου* alia forma *βῦ* fidem habeas, de qua re valde dubito, attamen ne ille quidem de correptione testatur. Itaque statui in Philetæ verbis extrema hexametri excidisse.

— lin. 20. Apparet haec potius ad lectionem *Βούρειαν* pertinere, quod nomen aut a *βούς* et *ἔλω* aut a *βού* et *ἔλω* derivatur ut supra p. 239, 23. Inde locum supplevi et correxi.

— p. 241, 2. In his corruptelam latere Geelius sensit; Duebnerus proposuit *ἐκ βάθους καὶ μὴ ἀφ' ὑψηλοῦ*.

— lin. 3. Verba *ἢ γενναίως πρ. τῇ πέτρᾳ* Geelius et Duebnerus hinc aliena esse judicarunt. Locum tuentur, modo justum lemma addideris. „Haec de fossoribus *στενωπῶν* mihi quidem obscura sunt. Byzantinos scriptores rei militaris de talibus agere vidi.“ Duebn.

— lin. 12. Scholiasta *φύλλοισι* non cum *κομῶσαι* junxit, sed cum *κατηρεφέες* suppleto *οὔσαι*. Vulgata lectio sano sensu caret. In sequentibus mira adnotatio de genere *κλήθρης*, quae apud Theocritum non extat. Quare Toupius suspicatus est scholiastam invenisse *ἀγείροι κλήθραί τε*, accedente Geelio, nisi quod hic, ne scholium nimis ineptum sit, *κλήθρος* scribi jubet idque ad lectionem *κλήθροι* refert. Duebnerus potius ex Homericō loco Od. ε, 239 *κλήθρη τ' αἰγειρός τε* hic illa haesisse existimat, quem Byzantinus magister contulerit simulque cum Theocriteo tractarit. Legendum autem *κλήθρος* cum Geelio; aliter aliena haec et futilia etiam insana esse. Mihi parum liquet.

Vs. 10—12, lin. 10. Urbis nomen *Κύδων* auctore Koehlero Kiesslingius in vulgatam formam *Κυδωνία* mutavit; attamen *Cydon* apud Latinos reperitur. Eadem forma etiam in SchVet. I. 14. extat et in GlM. ad vs. 52. De Aeacallide *Cydonis* matre vid. SchApoll. IV, 1492.

Vs. 15. Cf. Moschop. ad Hom. II. α, 189 *λασίοισι: τράχας ἔχουσι. τὸ γὰρ λάσιον τὸ τράχας ἔχον ἀπλῶς δηλοῖ, οὐ τὸ δασύτριχον, ὡς ἀπὸ τούτου δηλον· ἐν μὲν γὰρ λασίῳ δασύτριχος εἶχε τράγοιο κνακὸν δέρμα. εἰ γὰρ τὸ λάσιον τὸ δασύτριχον ἐδήλου εἰς ἀνάγκης, εἰπὼν ἐνταῦθα λασίῳ οὐκ ἂν ἐπῆγε δασύτριχος.*

Vs. 16, lin. 4. Cf. Hesych. (secundum codicem) *κνήκον*: τὸ κροκίζον χρώμα ὑπὸ (leg. ἀπὸ) τοῦ ἄνθους· ὅτε δὲ ἀπὸ καρποῦ, τὸ λευκόν.

— lin. 6. Priora scholii verba corrupta esse, Duebnerus vidit; probabilem correctionem neque ille invenit neque ego. Sequentia, quae circumscriptissimus aperte hinc aliena sunt et ex sequente scholio illata; neque enim *κνήκον ἄνθος* album est sicut *σπέσμα*. Interpolationem praeterea arguit variatio inter *κνήκη* et *κνήκος*. Ad seq. sch. confer SchVet. III, 5. Quam ibi Duebnero auctore mutavi formam *κνήκη*, hic reliqui, quo varietas scholorum magis appareret.

— lin. 12. Lectionem codicis Q. antiquiorem esse vulgata Duebnerus adnotavit. Antea et in sch. seq. librorum lectionem *πιτύα* suadente Geelio servavi, quum de vera vocis scriptura iudicium difficiliter sit.

— lin. 14. Neutrum *αὐτὸ* non intelligo; quare scripsi *περὶ αὐτήν*, i. e. *περὶ τὴν τάμισον* vel *τὴν πιτύαν*. Neque minus corre-

ctio τρεφόμενον pro στρεφ. necessaria visa ut in loco gemino Hom. II. ε., 902 ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπειγόμενον συνέπηξεν ὑγρὸν ἔόν· μάλα δ' ὄκα περιτρέφεται κυκώοντι, ubi Herodiani lectionem, etiam aliunde firmatam, recte Bekkerus vulgatae περιστρέφεται praelulit.

Vs. 17, lin. 20. Quum γέρων tanquam lemma ad sequentia tractum esset, Toupius suppleri iussit γέρων <πέπλος> τριβ. ἴμ., Geelius vero γέρων ejici. Nostra emendatione simul tollitur offensio, quae est in ἀπό τῶν ἡλικιωῶν.

Vs. 18—20, lin. 12. Wartonus οὐκέτι ideo non toleravit, quod σεσαρῶς etiam Inc. III (olim Theocr. XX) vs. 15 legitur. Quae mutandi causa quum probari nequeat, quia illud idyllium temere inter Theocritea relatum est (Toupius ipso illo οὐκέτι contra ejus originem Theocriteam usus est), nihilominus emendationem οὐκ εὖ confirmant scholia sequentia, ubi καταχρᾶται δὲ τῇ λέξει.

— lin. 13. Διεσταλκῶς minus verum videtur quam διεστικῶς, cf. Galen. XII p. 234 διαστήσαι δὲ τὰ χεῖλη τῶν ὀδόντων συμβεβλημένων ὀνομάζουσι σεσηρέναι.

— lin. 14. Interpretamentum ὑποκινεῖν tolerari non poterat. Artissimum, quod repositui, ὑποκεχηνέναι. Glossae ὑποχάσκων habent, Hesychius, Photius, Suidas σεσηρέναι per κεχηνέναι interpretantur, cf. Aristaen. 2, 10 ἢδὲ προσγελάει καὶ μικρὸν ὑποκέχηνε.

Vs. 21, lin. 20. Quidam existimabant nomen Σιμιχίδας non ad Theocritum pertinere, sed ad unum ex ejus comitibus in vs. 1 non nominatum, quod in vs. 95 poëta de Simichida tanquam de alia persona loqueretur.

— lin. 23. De hoc loco, quem Duebnerus valde memorabilem esse intellexerat, egit Haulerus de Theocr. Vita p. 6. Qui quum recte πατρῶν scribi jubeat, miro quodam errore hujus vocis significationem unicam tanquam rariorem paucis exemplis tnetur. Idem pro certo ponit de Theocrito Simichida agi, quanquam scholii, ut traditum est, ordo potius postulat ut haec ad comitem illum Theocriti referantur. Attamen et ipsi mihi probabile videtur, haec non cum praecedentibus jungenda esse, sed ex alio antiquo scholio, quod Simichidae nomen de Theocrito interpretaretur, addita. Optime autem Haulerus ex hoc testimonio collegit Orchomeno a Thebanis a. 346 ante Chr. iterum diruta Periclem quandam cum aliis Orchomeniis Con insulam migrasse ibique civitatem accepisse, hujus vero filium Simichidam Philinam Theocriti matrem marito Praxagora mortuo uxorem duxisse, Theocritum vero in hoc idyllio se ipsum πατρωννικῶς Simichidam appellesse. Similia Meinekius in ed. III p. 251 disputavit, nisi quod ἀπὸ πατρὸς θεοῦ scribi voluit, in Suppl. p. 475 Haulero auctore ἀπὸ πατρῶν (sic) probans. De patronymicis a nominibus ita deductis, ut nihil addatur, praeter scholia deinceps sequens et ad vs. 40 vide SchPind. P. VI, 4 εἴ τις οὖν τὸν τοῦ Ἡρακλείδου υἱὸν πατρωννικῶς βούλοιο σημεῖναι, ὁμωνύμως ἂν πάλιν πατρὸς Ἡρακλείδην καλοῖη. Ceterum hac Boeotica nominis origine commenda-

tur scriptura *Σιμιχίδας*, quam libri partim tuentur, cf. *Σιμιχίας* apud Keilium Inscr. Boeot. p. 229.

— lin. 8. Spectatur Idyll. V, 90, de cujus inscriptione *Αἰπολικὸν καὶ Ποιμενικὸν* cf. Vol. I p. 36. Lectio *αἰπόλος ποιμενικῶ* in p. nescio an ex *Αἰπολοποιμενικῶ* nata sit. Ceterum *Κρατίδας* male patronymicum visum est iis qui Eumedem V, 134 eandem esse vellent, cf. schol. VII, 40. et Gl. V, 90.

Vs. 22, lin. 23. „Non inveni Aristotelis locum quem respicit.“ Duebn.

Vs. 23, lin. 4. „*Ἐρπετοῦ* ex sequentibus apparet olim scriptum fuisse, postea emendatum, quum ejusmodi reptilis nullum usquam sit vestigium.“ Duebn. Mythica narratio de *κορυδαλλίδων* tumulto ducta est ex fabula Aesopea Arist. Av. 471.

— lin. 14. Cf. Galen. XIII, 312 (XII p. 361 Lips.) post locum Aristophaneum: *τοῦτό φασι καὶ τὸν Θεόκριτον αἰνέττεσθαι λέγοντα· οὐδ' ἐπιτ. κτλ. δηλοῦν γὰρ αὐτὸν τὰς τὸν τύμβον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχούσας.*

— lin. 19. Parum recte Adertus de hoc scholio judicavit non memor eorum quae tradiderunt Suidas: *κόρυδοι ὄρνθιν ὄμοιοι ὄρνιθες* et plenius SchPlat. p. 368 *κόρυδοι ὄρνιθες ὄρνθιν ὄμοιοι, οὓς ἐνιοι μὲν κορυδαλλοὺς φασι, Γῆς καὶ Ἀθηνᾶς ἱεροί.* Hinc etiam in hoc scholio ante *καὶ Ἀθ.* apparet vocem *Γῆ* excidisse.

Vs. 24—26, lin. 2. Voluit igitur *λανὸν ἐπι θρώσκεις*. Nam rariore usu antistrophen praepositionis dicit, quae vulgo anastrophe, ut idem glossator in GIM. antistrophen agnoscit in *τοῖς μὲν ἐπιπλατάγησα* Id. IX, 22, cf. SchOppian. Hal. I, 229 *πρὸ μνη δ' ἐπί: ὑπέρβατον, ἀντιστροφή.*

— lin. 3. „Haud dubie scholiastes dixit: aut *μετὰ δαῖτα* est post coenam; *〈ἐπιέγεται οὖν〉 εἰ ὑστερήσας μοῖραν εὐρήσκει* sive *εὐρήσει τῶν κραιῶν*. Aut jungenda *μετὰ δαῖτα κλητός, οἱ γὰρ κτλ.*“ Duebn. Mihi prior pars potius de altera lectione *μετὰ δαῖτ' ἄκλητος*, quam etiam Junt. servavit, agere visa, in quam sententiam supplevi et correxi. In codd. lemmata *δαῖτ' ἄκλητος* et *δαῖτα κλητός* permutata sunt. Trimetrum, quem restitui, ex aliqua comoedia sumptum puta.

— lin. 8. Prior versus etiam ab Apollonio de synt. 106, 21 affertur, ubi recte *ὄψε κληθείς*. Ita etiam Erasmus scripsit et Toupius scribi jussit, Apollonii non memor.

— lin. 14. Lectionem *Θεόκριτός φησι καὶ τοὺς λίθους* Duebnerus non recte paullo meliorem dicit; scholiastae enim Simichidas est Theocritus.

— lin. 22. Apparet scholiasten in loco Homericō *ξέστῃς αἰθούσῃσιν* non recte interpretatum esse. Vox *ξέστοις* spuria est; nam solum *λίθοις* per *δηλονότι* suppleri jubetur.

Vs. 27—34, lin. 2. „*Ἐπὶ τοῦτον* de cantu syringis sine verbis.“ Duebn. Geelius desideraverat *ἀπό.*

— lin. 16. Verba *ἐνθα σῖτον ἐκτρέβουσι* Duebnerus putat ad *ἀλων* vs. 34 pertinere. Licet tamen justo loco posita existimare,

si in hunc fere modum suppleantur: <Θαλύσια: ἑορτὴ τῆς Δήμητρος ἢ καὶ Ἀλωᾶ λεγομένη ἀπὸ τῆς ἄλω.> ἔνθα αἶτον ἐκτροιβουσίην, cf. Eustath. 772, 25 et Suid. In fine scholii διδόντες supplevi ex lin. 18.

Vs. 36, lin. 1. Lemma τὰχ' ὠτερος scribendum esse jam Koenius indicaverat ad Greg. p. 268.

— lin. 4. Bene Casaubonus locum constituit, partim codice Gen.<sup>b</sup> adjuvante, nisi quod ἄλλον supplere neglexit et pro οὔτερος scripsit ἔδει οὖν, qua mutatione non opus est; ultima paraphrasin continent, in qua ὠτερος per οὔτερος, ὁ ἔτερος illustratum. Heinsius Lectt. p. 341 proposuit ἔξεν. τὸ ἄλλος· ἔτερος γὰρ <ἐκ δυοῖν>, quem Amstel. et Duebnerus secuti sunt. Hic praeterea, quum Aderto praeunte intellexisset in 3. l. Gen.<sup>b</sup> post Ἡροδότῳ aliud scholium incipere, minus recte in hoc scribi jubet ἔξην. ἐξεν. ἀντὶ τοῦ ὁ ἔτερος κτλ., nullo supplemento ex vulgata lectione petito. Ceterum cf. Ammon. p. 11 ἔτερος — ἐπὶ δυοῖν, ἄλλος δὲ ἐπὶ πλειόνων.

Vs. 40, lin. 10. In Add. p. X Duebnerus recte probavit γερονεῖν ὁ Θεόκριτος. Σικελίδας δέ, quomodo distinctione Wartoni correcte scribendum esse intellexerant Manso ad Bion. p. XLIV et Wnestemannus p. 107.

Vs. 42. Duebnerus conjecit ἐπιτεταγμένως vel ἐπιτετηδευμένως. Quod scripsi ἐπιτετεγγμένως, idem est atque ἐπιτυχῶς e o m m o d e, vid. Thesaur.

Vs. 45. 46, lin. 4. Scripturam Νάξου νήσου Duebnerus valde notandam dicit, quam propter codicum consensum recepi. Non magis de Naxio rege Oromedonte constat quam de Co.

— lin. 6. Non intelligitur quomodo quisquam Ὁρομέδοντα interpretari potuerit τὸν οὐρανόν, quare distinctione paullulum mutata scripsi τοῦ οὐρανοῦ, i. e. παρὰ τὸ μέδων τοῦ οὐρανοῦ, ut supra lin. 2. Qui ita interpretabantur, videntur ὠρομέδων ex ὠρανομέδων per syncopen factum existimasse. In proximis interpretatio ἦλιον pertinet ad lectionem ὠρομέδοντος, cf. lin. 16., μοιχὸν Ἥρας ad Εὐρυμέδοντος cf. Scholl. et Eustath. ad Hom. II. ξ, 295, nisi credis eundem gigantem etiam Ὁρομέδοντα appellatum esse, quo nomine unus e gigantibus apud Propertium 3, 9, 48 utitur.

— lin. 7. Hic interpretes ὠρομέδοντος pro adjectivo habuit, quod per ὑψηλοτάτου interpretatus est, ut GIM. per μέγαν; male in lemmate vulgo Ὁρ. edebatur. Alius vero interpretes lin. 16. hoc scholio ita abusus est, ut montem in Co propter celsitudinem Ὁρομέδοντα nominatum esse fingeret.

— lin. 10. „Fortasse ex aliqua hujus periodi sede excidit Ὁμολος; nam verba ὡς προῖων οὐτος λέξει videntur spectare vs. 103, ubi tamen non οὐτος i. e. Lycidas loquitur, sed ipse Theocritus.“ Geel. Pertinent sane ad illum locum; sed neque opus est ipsum montis nomen supplere, neque in οὐτος offendendum, quo poeta designatur.

Vs. 47. 48, lin. 24. Προρηθέντος, quod in E. inventum est,

conjecerat Geelius: „vult enim, ni fallor, scholiastes haec Theocriti verba ita esse e superioribus supplenda, ut analogice immutentur, i. e. ut quod vs. 45 dictum erat ἀπέχθεται, hic subaudiatur ἀπέχθονται.“ Recte; τὸ προρηθὲν est id quod pronunciatum est, τῷ ὑπακουμένῳ oppositum, hoc loco Μοισᾶν ὄρνιθες, quod καὶ ἀναλογίαν pluralem ἀπέχθονται postulat. Eadem phrasis Moschopulea extat SchRec. I, 71 συνυπακούεται οὖν τὸ οἰκείον κατ' ἀναλογίαν τοῦ προρηθέντος (προσρ. Lips.), i. e. ad θῶες suppletur ἐγερύσαντο ex sequente λύκοι ὠρύσαντο, SchRec. VIII, 49—52 τὸ δὲ ὕρο συνυπακούειν δεῖ ἀπὸ κοινοῦ κατ' ἀναλογίαν τοῦ προρηθέντος (sic recte Duebn. pro προσρ.), i. e. ex sequente δεῦτε ἔριφοι ad ὦ τράγε subintelligendum δεῦρο, Moschop. ad Hesiod. Op. 230 συνυπακούεται οὖν τὸ οἰκείον κατ' ἀναλογίαν τοῦ προρηθέντος et iisdem verbis ad vs. 403, SchRec. Pind. Ol. 4, 38 (ad χεῖρες δὲ καὶ ἦτορ ἴσον): τὸ ἴσον ἀπὸ κοινοῦ κατὰ ἀναλογίαν τοῦ προρηθέντος, i. e. χεῖρες ἴσαι.

Vs. 52—56, lin. 12. „Καὶ τοῦτο εὐχόμενον. Quid? Legendum videtur καὶ τούτῳ εὐπλοῖαν εὐχόμενον.“ Geel. Τούτῳ etiam Reiskius scripserat. Nos loco aliam medicinam quaesivimus.

— lin. 1. Pessime Heinsius verborum ordinem mutaverat; nam per κατὰ τὸν δυτικὸν ὀρίζοντα illustratur ἐσπέριοι. Verum ordinem secundum libros recte Gaisfordus restituit, Duebnero non obsequente.

Vs. 57, lin. 5. „Omnes, quod sciam, qui de hoc argumento scripserunt, illam Κανώβην vocant Aegialen.“ Geel.

— lin. 6. Geelius haec interpretatus est „halcyonem avem quasi forte obtinuisse tutelam trium dearum e Nereidibus“. Aderus aequè improbabiliter secundum lectionem ἄτη in Gen.<sup>b</sup> coniecit ὅτι ἄτη θεῶν λέλογχε Νηρηίδας. Duebnerus recte vidit haec mutila esse: „primum ante Ἀλέξανδρος quaedam perisse videntur, certe autem post θεῶν; nihil enim de mutatione in avem post feminae genealogiam accuratam. Deinde non puto pedestri Μυθιζῶν (?) scriptori tribui posse θεαὶ Νηρηίδες, quibus Palaemon adeo et Venus annumerantur. Dixerit Alexander, Nereidum vel certe Thetidis Nereidis precibus avem factam in tutela esse vel in praecipua dilectione Leucothees, Palaemonis et Veneris. Hinc intelligitur, quomodo ad vs. 59 Νηρηίδι μάλιστα ἐφίλαθεν scholiastes ascribere potuerit: λέγει δὲ Λευκοθέαν, Παλαίμονα καὶ Ἀφροδίτην.“ Cui partim assentiens de aliis quibusdam aliter iudicaverim. Alexander Myndius de alcedine haud dubie dixit in libris περὶ τῆς τῶν πτηνῶν ἱστορίας, unde similem adnotationem de porphyryone tradidit Athenaeus IX, 388. D. Ἄβιν εἶναί φησι τὸν ὄρνιν καὶ τῶν κατὰ τὴν Λιβύην θεῶν ἱερόν. Hic indidem relatum fuisse videtur: ὅτι αὕτη θεῶν λέλογχε (φιλιαν· λέγει δὲ) Λευκο-

Vs. 53. Gailius ex E. L. protulerat δένουσι παρ' ἀστράσι. Duebnerus παρ' deleri iussit, quo teste in E. non extat, voce ἀστράσι in eodem libro super ἔριφοις scripto. De L. tacuit.



θείαν, Παλαιμόνα, Ἀφροδίτην. Verba a nobis addita exciderunt, quin Νηρηϊδῶν secundum vs. 59 ad θεῶν adscriptum in ipsum scholium irreperet. Leguntur autem λέγει δὲ Λευκ. Παλ. καὶ Ἀφρ. etiam ad vs. 59 in eum modum, ut non solum Leucothea sed etiam Palaemo et Aphrodite inter Nereides numerari videantur. Ad eum versum tota adnotatio aptius apposita foret.

— lin. 8. Antigonus Carystius c. 27 potius dicit „τῶν δὲ ἀλκυνόνων οἱ ἄρσενες κήρυλοι καλοῦνται“, cf. Hesych. s. v. κέρυλος et SchArist. Av. 300, qui recte ex Antigono referunt. Error inde natus, quod Antigonus deinceps addit, alcedines mares senectute debiles a feminis portari. Similiter iudicavit Stiehlus in Philol. X p. 171.

— lin. 24. Sphalmate sublato restitue θαλάσσαι, quanquam θαλάσσιοι, quod est in Gen.<sup>b</sup>, fortasse verius.

Vs. 58, lin. 8. „Κικιννοειδῆ legendum videtur (conf. var. in schol. Aristoph. Vesp. 1068): nam τὸ τριχῶδες φύκος in litoribus Graeciae hodieque exstat teste Fraas. Synops. p. 319“. Duebn.

Vs. 59, lin. 15. Cf. supra ad vs. 57, lin. 6.

Vs. 60. Callimachus igitur recte vidit, formam in —θεν hic potius pro Dorica habendam esse, cui dialecto in codicibus 4. L. Gen.<sup>b</sup> tribuitur; nam accentus ἐφιλάθεν Doricus est, cf. Diall. II p. 29. Attamen antea Αἰολικὸν verius videtur quam Δωρικόν; nam vulgo illae formae ad Aeolidem revocantur, cf. Diall. I §. 46 not. 6, et opponitur Callimachi prosodia Dorica. Secundum vulgatam lectionem Callimachus ἐκόςμηθεν scripsisse dicitur, id quod Dial. Dor. p. 29 ad Cyrenaei poetae Dorica carmina retuli, in quibus Doricos accentus positos esse existimarem. Contra secundum codices 3. 4. L. Gen.<sup>b</sup> Callimachus ἐφιλάθεν vel potius ἐφιλήθεν scripsit προπαροξύτως. Hoc ut jam verius habeam, movet potissimum alia Callimachi de accentu vocis Theocriteae adnotatio, de qua supra dixi ad vs. 3—9, lin. 12. Nec per se satis probabile erat, verbi ἐκόςμηθεν (quod vulgo pro exemplo ejus terminationis sive Boeoticae sive Aeolicae sive Doricae ponitur, ex Homero petatum, vid. Diall. I p. 211, II p. 317) tonosiu Doricam ex Callimachi carmine notari.

Vs. 63, lin. 10. Heinsii conjecturam ἄνηθον probaverunt Geelius et Duebnerus invita etymologia, quae additur, παρὰ τὸ ἄνω τείνεσθαι. Nam ἄνηθον debebat ab ἄνω θεῖν derivari ut EtM. 107, 13.

Vs. 65, lin. 3. „Ἀρχ. et Θεσσ. a Πτελεῶ, Triphyliae, quae etiam Arcadiae adnumerabatur, et Thessaliae urbibus. Sequentia obscurum est quo referantur: vix enim possunt ad firmitatem et sanitatem ulmi ἀκίου. Fortasse delendum ἦ. Quanquam Coo praecipue et τεθαλασσωμένῳ vino medicae vires tribuebantur.“ Duebn.

— lin. 4. „Potuit vox δρόσον oriri e fine vocis ἀναδενδράσι.“ Geel. Potius pro παρόσον scriptum erat litteris δρ. ex praecedente voce ascitis. Et in Amstel., ubi legitur ἀναδ. παρόσον πα-

ῥακ., παρόσον quod cum ταῖς inde ab Heins. per sphalma omittebatur, ex ingenio pro δρόσον restitutum videtur.

Vs. 67. 68, lin. 16. „Haec perperam sollicitavit vir doctissimus (Reiskius). Idem στιβάδα πήχεως et στιβάδα πηχναίων.“ Τουρ.

— lin. 8. Geelius malebat ἐκκόπτον, quod iudice Duebnero haud dubie verum. Mihi mutandi causa non apparet.

Vs. 69. 70, lin. 21. Ex glossa ad μαλακῶς pertinente huc irrepsit in codd. 3. 4. L. Gen.<sup>b</sup> ἡδέως pro ἀθρόως. Verba καὶ ἀθρόως seqq., quae vulgo praecedenti scholio adhaerent, potius ad αὐταῖσιν κυλλίκεσσι pertinere jam Wartonus perspexit codicibus adjuvantibus.

— lin. 24. Unde hoc versus frustum petitum sit, nescio cum Aderto et Duebnero.

Vs. 72, lin. 16. Emendationem Αἰτωλῶν, quam etiam Duebnerus probavit, dubitanter recepi; nam fortasse locus mutilus est. In seqq. codicum lectio ἐχούσης rectissime prodit ea fere excidisse quae supplevimus. Lycopeum intellige Aetolum, fratrem Oenci.

— lin. 19. „Num post Σατύρους excidit οὐτως?“ Geel.

Vs. 73, lin. 1. Intellige cum Duebnero „ut κενεᾶς pro κενῆς, ita ξενεᾶς pro ξένης.“ „Illud ἐκ Κρήτης nescio quo spectet, nisi ad mythum ab Ovidio subindicatum Metam. IV, 277: pastoris amores Daphnidis Idaei, quem Nymphae pellicis ira contulit in saxum.“ Duebn.

— lin. 2. Haud dubie Ξάνθα nomen proprium esse voluerunt, quare παροξυντέον; Nymphae nomen Ξάνθη etiam aliunde notum. Vacat aut γράφεται ὡς ἔντισιν.

Vs. 74—77, p. 263, 2. Rectius Αημνίας βοός in EtM. 26, 16 (EtPar. in Crameri Anecd. Pariss. IV, 96, 14), qui locus ex eodem fonte manavit, cf. Interpret. ad Soph. fr. et ad Pareomiogr. I p. 355. II p. 100. Vulgatam lectionem γύαντος Ἄθου firmant Steph. Byz. s. v. Ἄθως et EtPar. l. l.

— lin. 5. Non debet ineptum πέλαγος relinqui; τὸ πέλας sc. ὄρος est Athos, qui est ἐν τοῖς ἐπὶ Θράκης.

— lin. 10. „Hinc apparet, quam multa aliena appinixerint magistri.“ Duebn.

Vs. 78. 79, lin. 16. „Significant haec: sive ille Comatas fuerit sive Menalcas.“ Geel.

— lin. 23. Intelligendus Lycus Rheginus historicus, vid. Mueller. Fragmm. Hist. Gr. II p. 370. Τουπίus coniecit ὄρος εἶναι θαλάσσιον, C. Muellernus l. l. p. 373 ὄρος χθαμαλὸν probante Duebnero Praef. p. X. Quae mutatio mihi nomen proprium desideranti parum placet, nec scio cur nomen Θάλαμον tam suspectum sit.

— lin. 24. Νύμφων Λουσιάδων ἄντρα in Sybaritide commemorantur a Timaeo Athen. XII, 519. C., fluvijs prope Thurios Λουσιᾶς ab Aeliano N. A. X, 38.

— p. 264, 4. In verbis ἐν τούτῳ . . . βουλευόμενος non temere

Vs. 73. Adde [Ξεν(ε)ας:] νύμφης. s.

haerentes Kiesslingius et Geelius conjecturas valde improbabiles protulerunt, ille ἐν τούτῳ διδάξαι ὁ δ. βουλόμενος, hic ἀπέθετο ἐν ταύτῃ· ἐδίσταξεν γὰρ εἰ σώσειαν. Comparanti mihi priorem hujus scholii redactionem, in qua lin. 20. pro his nihil nisi περιφάξων, vix dubium videtur, quin illa verba adscripta sint ad ellipticum usum conjunctionis εἰ illustrandum; intellige „in hoc, i. e. in εἰς λάφρακα . . . ἀπέθετο, latet ἐδίσταξεν ὁ δ. βουλευόμενος.“ Itaque Duebnerus non recte lectionem ἐδίσταξεν praeferre videtur.

— lin. 16. „Verendum ne verba εἰδῶτα κτλ. a mala manu venerint hominis de Danae somniantis.“ Duebn. Non meminerat emendationis Lennepianae etiam Welckero Kl. Schr. I p. 190 probatae. De Danae somniavit librarius, qui χρουσοῦ pro Ερμουῦ scripsit.

Vs. 80, 81, lin. 20. Geelius verba ἀπὸ τοῦ λειμῶνος ante ἐρζόμεναι transponi jubet. At ipse scholiasta verba poëtae non recte conjunxisse videtur.

— lin. 22. Ex interpretatione Jacobsius collegit scholiastam θεῖαν legisse; secundum lectionem ἡδίαν in Call. aliquis cogitaverit de διαν. Neutrum recte; grammaticus illustrare studuit, quatenus illa cista jucunda videri potuerit.

Vs. 83—86, lin. 18. Τοῦ χρόνου graecobarbare pro τοῦ ἔτους positum esse, ut infra p. 266, 11., admonuit Geelius ad Ducangium referens. Idem divinavit ἐργάζονται, subjectum μέλισσαι cogitatione suppleri jubens.

— lin. 22. Pro τουτέστι scripsi ἢ (quod prius in ἦτοι vel ἦγον corruptum fuisse videtur), quia his duae diversae interpretationes continentur, altera unum totum annum, altera partem anni intelligens, cf. GIE. ad vs. 85 et SchVet. lin. 6 seqq.

— lin. 1. Geelius post Κομάταν puncto distingui jussit; rectius Duebnerus ante ὑπὸ μελισσῶν majorem distinctionem posuit. Supplevi autem verbum, unde Κομάταν penderet.

— lin. 11. Critici de his tacuerunt. Priorem interpretationem recte nobis videmur emendasse, in qua εἰς ὥρας est in sequentem annum; alteram non intelligimus.

Vs. 94, 95, lin. 13. Ex interpretatione apparet hominem ineptissimum vocativum agnovisse, quare γεραίρεν scripsi. Conferantur lectiones ᾧ τὸ γεραίρεν Vat. (3. puta), ᾧ τὸ γεραίρεν· Q., qui codices cum p. cognati.

Vs. 98—102, lin. 10. Haec adnotatio de praepositione ὑπὸ aperte ad ὑπὸ σπλάγγνοιαν pertinet, non ad ὑπ' ὀστίον, quo aberravit.

— lin. 18. Aderto auctore Duebnerus ejecit ὁμόλας tanquam ex vs. 103 illatum. Ego corrigere malui; scholiasta in breve contrahit sententiam verborum οἶδεν Ἀριστὶς . . . μεγάροι. Corruptionem adjuvit vox Ὀμόλας ex vs. 103 menti observata.

Vs. 103—105, lin. 14. De locutione ἐν τῷ βίῳ in vulgari sermone vid. Valcken. ad Ammon. p. 11, Bast. et Schaeef. ad Greg. p. 289, adde Phot. s. v. παλιμβολον.

— lin. 16. „*Τοιοῦτος, scilicet παιδεραστής.*“ Geel. Callimachi locum recte restituit Toupius in Corrigend. extr. et illius non memor Lobeekius Prolegg. Pathol. p. 523. L. Dindorfius in Thes. V p. 1979 perperam ab recentissimo homine additum iudicat, qui non intelligeret Πάν ὁ Μαλειήτης esse scribendum. Appositus est, quod Pan ibi paederasta esse dicitur. Ceterum ὁ Μαλειήτης recte restitutum secundum Steph. Byz. s. v. *Αἴγινα*, ubi de ethnicis in —ήτης haec mutila leguntur: *Αἰγινήτης, Μαλειήτης.* Ἔστι δὲ τρύπανον αἰπολικόν, cf. Toupium l. l. et Meinekium ad Steph.

— lin. 19. Aristodemus de Homoloiis egerat ἐν δευτέρῳ τῶν *Θηβαϊκῶν* testibus Endocia p. 199 atque Photio et Suida s. v. *Ὁμολώιος Ζεύς*, nisi quod apud hos vitiose *Ἀριστοφάνης* traditum est. Adde SchEurip. Ph. 1119, ubi Aristodemus de *πύλαις Ὁμολώϊσι* disputans commemoratur, cf. Interpr. ad Suid.

Vs. 106—108, lin. 5 seqq. Ut lectio *παῖδες* pro *Παίονες* praesidium habet in SchRec. lin. 20., ita *γένεται* δὲ τοῦτο contra perversam lectionem traditam *Χῖοι* δὲ vel id quod Heinsius proposuit *ἔνιοι* δὲ, quanquam illic desunt. Sed docet illud scholium, ut Duebnerus recte indicavit, haec a praecedentibus separari non posse. „Ista autem de choregis ficta sunt ex Theocriteis *κρέα παρείη* male intellectis. Sequens vero de *ἀγῶνι ἐν σκίλλαις* notatio docti hominis esse videtur.“ Duebn. „Ille τῶν ἐφήβων ἐν σκίλλαις ἀγῶν videndum est an non debeat confusae famae de τῶ τῶν ἐφήβων ἐν τοῖς σκίρροις s. σκίροις ἀγῶνι, de quo Athen. XI, 495. F. ex Aristodemo.“ Duebn. in Add. p. X.

Vs. 109, lin. 17. „Oratio *ἀνακόλουθος*, quae fortasse expediatur legendo *μεταβληθῆναι.*“ Geel. Particula *καί* ex Gen.<sup>a, b</sup> recepta participium pro infinitivo positum est, ut saepius in his scholiis post verbum dicendi. Ceterum haec ultima ex sequente pleniore narratione excerpta sunt.

Vs. 112, lin. 2. Vulgo verba *Ἔβρος καλλ. ποτ.* pro ipsis Alcaei habebantur; recte autem Bergkii suspicari videtur lectionem codicis L. *φησὶν ὅτι* ita probandam esse ut sola sententia ad Alcaicum referatur.

Vs. 114, lin. 18. Formam *Νείλεω* praetuli secundum schol. XVII, 98, ubi eadem nominis Nili origo traditur. De Naucrati condita Toupius potissimum conferri iubet Strab. XVII p. 801 (*Μιλήσιοι*) *κατανανμαγήσαντες Ἰνάρων πόλιν ἔκτισαν Ναύκρατιν.* Itaque *Νείλεως* dux Milesiorum Naucraticum condentium, ipsius Miletii conditori cognominis, quem ab alio memorari non memini. Diodorus I, 19. 63 nomen Nili a Nileo rege Aegyptiorum derivat. Sequentia Geelii professus est se prorsus non intelligere, mutila esse censens. Duebnerus recepto *λείως* sic: „scriptum fuisse puto κατ' ἀντιστροφὴν (transpositione vocalium *νεῖλος* pro *ναλειος*), sive etiam κατὰ συγκοπὴν (τοῦ α) καὶ ἀντιστροφὴν. Errori certe debetur ὅ ἐστι.“ Verius nos, nisi fallimur, nihil nisi voculam *μη* addentes. *Συστροφὴ* recentioribus est *vortex*, ut apud Hesy-

chium s. vv. *δίλη, δινήεις, ἴλιγξ*. Itaque *Νεῖλον* appellatum volebant ἀπὸ τοῦ *νάειν λείως*, quod placide et sine vorticibus flueret. De seqq. cf. EtM. 602, 13.

Vs. 115—119, lin. 11. Duebnero καὶ Ἀρείας in parte libro-  
rum recte omitti videtur, quia Area Mileti mater potius fuerit  
quam uxor. Ego alia ratione succurrere malui. De narratione  
cf. Nicaenetum ap. Parthen. c. 11.

— lin. 14. Scholiasta non intellexit, optimam lectionem ἀ-  
κεῦντα, quam codex E. etiam in textu habet, pro nomine proprio  
accipiendum esse.

— lin. 2. Apparet verbis ἤγουν τῆς Ἡρας, quae in E. N. post  
Ἀφροδίτης adhaerere traduntur, aliam glossam ad Διώνας perti-  
nentem contineri, cf. Gl.

Vs. 122—124, lin. 21. *Αὐτῶν*, quod Geelius in *αὐτοῦ* mutari  
jubens, ut ad Philinum referretur, Duebneri assensum tulit, unice  
verum est propter praecedens *ἐρωμένων*.

— lin. 1. Duebnerus censuit aut cum Geelio scribendum *μη  
ὀ ἀλ. κ. λυποῖ ἡμᾶς* (*λυποῖ* jam ed. Amstel.), aut delenda ut aliena  
et ex lemmate orta, quod in L. Gen.<sup>b</sup> pro illis legatur. Hoc ve-  
rius duximus, nisi quod ipsum lemma necessario restituendum  
erat; nam sequentia, et ipsa corruptiora, verborum *ὀ δ' ὄρθριος  
. . . διδοίη* interpretationem continent, ut SchRec., quod sine  
novo lemmate vulgo haec excipit. Scholiasta, ut verba correxi-  
mus, locum male ita interpretatus est ut putaret gallicinii tempore  
alium venire Simichidae et Arato in Philini limine servando suc-  
cessurum, id quod in scholio codicis L. apertius dictum. Vulga-  
tum *ἐγειρομένων* ex SchRec. transsumptum videtur.

Vs. 125, lin. 15. Interpretatio *προσκαρτέρησιν* ex alio scholio  
lin. 3. transsumpta est. Verba *πρὸς ἔρωτα πάλην* Wartonus putat  
in aliquo Anthologiae epigrammate legi.

— lin. 22. „Vel *αὐτῶν* (scil. *τῶν ἐραστῶν*) legendum cum  
Geelio vel *αὐτῶ* cum L.“ Duebn. Sequentia Geelio et Due-  
bnero obscura fuerunt; videtur *ὀρθία πάλη* i. q. *ὀρθοπάλη* de sche-  
mate obsceno dictum esse, ut multa vocabula a lucta ad rem ve-  
neream translata sunt Lucian. Luc. 8—10 et alibi.

Vs. 126. 127, lin. 18. Cf. Hesych. (post gl. *φθόσις*) *φθί-  
διον* (. . *θίδιον* cod.): *ὀλιγοχρόνιον, ὀλίγον*, ubi Tollius *φθοῦ-  
διον* (a *φθόη*) restitui iussit, etiam hoc contra ordinem litterarum.  
Potius *φθύδιον* vitiosae scriptum fuisse videtur pro *φθοῖδιον*. Ab  
hoc *φθύδιος* homo ineptus derivabat *ἐπιφθύζω*.

Vs. 130. 131. „In his templum Apollinis et Pan Pyxius auda-  
cter tribui possunt Buxento Lucaniae; reliqua ficta.“ Duebn.  
Qui Hermanno credidit, hujus idyllii res in Magna Graecia agi,  
non in insula Co, et *Πύξαν* eandem esse, quae vulgo *Πύξους* audit.

Vs. 120. Recte Adertus vidit interpretem, qui *ἀπέλθοις* scripsit,  
*ἀπίοιο* pessimo ab *ἀπειμι* deduxisse. Minus recte idem reliqua tenta-  
vit. Ab *ὄζο*. incipit altera interpretatio *γέροιτο* supplens ut lin. 8. 27.

Ego aliter sentio cum Meinekio, qui recte etiam horum scholiorum de Πύξα auctoritate usus est, quanquam in vulgata lectione parum integra acquiescens. Continent haec scholia duplicem sententiam de Πύξα. Secundum alteram Πύξα est δῆμος vel τόπος in Co παρὰ τὴν φύξιν τοῦ Ἡρακλέους appellatus, Πύξα pro Φύξα. Haec doctiorem et antiquiorem interpretem sapit, Nicanorem puto Coum, unde supra de Burinna; de Hercule a Cois fugato narrant Apollod. 2, 7, 1 et Plutarch. Q. Gr. 58. Secundum alteram sententiam Πύξα est τόπος vel πόλις (τῆς Κῶ lin. 15.), ubi templum Apollinis, unde hic Πύξιος vel Φύξιος appellatus. De Apolline Pyxio nemo unus praeterea tradidit; Φύξιος, ut saepius Ζεύς, appellatur Philostr. p. 701 et ap. Suidam in glossa interpolata. Itaque lectio Φύξιος praeferenda est; neque enim difficilior Φύξιος a Πύξα ducitur quam Πύξα ab φύξις. Minus certum est etiam haec vere ad Con pertinere; neque tamen non credibile est in loco illo Apollinem φύξιον cultum esse tanquam fugae Herculis auctorem eique Panem Φύξιον, de quo aliunde non constat, propter τὸ πανικὸν additum esse. Ceterum Plutarchus l. l. oppidum prope locum illius pugnae situm Antimachiam commemorat.

— lin. 9. Emendatio nostra ἄλλως eo commendatur, quod hic aperte aliud scholium incipit, si cum Gen.<sup>b</sup> ἢ post ἐβάδιζεν deletur.

— lin. 11. Apparet verba Φύξα τις ὦν originationem nominis Πύξα continere, excidisse autem δῆμος vel τόπος, quo ὦν referatur.

Vs. 132. 133, lin. 18. „Hoc scholion non pertinet ad vs. 133, sed ad sequentem, ubi revera verba παραγεγόμενοι κατεκλήθημεν subaudienda sunt.“ Geel. Assensus est Duebnerus, qui postea γενομέναις scribi iussit, ut vox ad χαμεννίσι referri posset. At παραγεγόμενοι in priore parte desiderari poterat, non in altera; mutata distinctione et addito ex codd. ἐπὶ στιβάδος omnem offensivam sustulimus.

Vs. 134, lin. 5. Insolita forma οἰνάρειον, etiamsi Theocrito concedatur, hic tolerari nequit. „Plene distinguendum est post οἰναρέων. Ab interpolatore sunt καὶ τρυγᾶν, nisi forte ad sequentia pertinent: καὶ τρυγᾶν γὰρ δεῖ vel δεῖ γὰρ καὶ τρυγᾶν καὶ οἰναρίζειν, i. e. οὐ μόνον τρυγᾶν, ἀλλὰ καὶ οἶν.“ Duebn. Mihi probabilis visum est, inde a καὶ τρυγᾶν ipsa Phaniae verba incipere (ex libris puto περὶ φυτῶν petita), ab initio mutata.

Vs. 138. 139, lin. 17. In Aristotelis commemoratione aliquid turbatum est, fortasse quibusdam post φησὶ omissis; nam in H. An. 4, 9 potius sic: καὶ τὴν ὀλολυγὸνα τὴν γινομένην ἐν τῷ ὕδατι οἱ βάρταχοι οἱ ἄρρενες ποιοῦσιν, ὅταν ἀνακαλῶνται τὰς θηλείας πρὸς τὴν ὀγέλιαν. Cf. SchArat. 948, ubi ὀλολυγῶν dicitur esse ὄρνεον κατὰ τὴν τρυγῶνα vel secundum alios ζῶον λιμναῖον, tum pergitur: Ἀριστοτέλης δὲ ταῦτα οὐκ οἶδεν, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἄρρενος βάρταχου φωνὴν σημείον εἶναι φησὶ πρὸς συνουσίαν ὀργῶντος ἐπὶ τὴν θήλειαν.

Vs. 139. Glossam codicis L. enotavit Boissonadius.

Cum Aristotele conspirant Aelianus N. An. 9, 13 et Plutarchus Morall. p. 982. E. Contra teste Plinio 11, 37 ipsi mares ranarum feminas ad coitum cientes ologyones dicuntur. Aeliano altero loco 6, 19 ὀλολυγῶν est animal aquatile, Hesychio ζωῦφιον γινόμενον ἐν ὕδασι.

— lin. 20. „Delenda sunt στάζω σταγῶν et πλάσσω πλαγῶν, quae ostendunt magistrorum temeritatem in scholiis augendis.“ Duebu.

Vs. 141, lin. 2. Τὸν αὐτὸν intellige Aristotelem H. An. 8, 5, 4 et 8, 2, 10, unde apparet ultima praecedentis scholii recentius inserta esse. Attamen Aristoteles nihil tradit de tali inimicitia αἰγιδάλλον et ἀκανθίδος, sed potius, ut jam Heinsius Lectt. p. 345 adnotavit, de αἰγίδου et ἄνθου H. An. 9, 1: λέγεται δὲ ὅτι αἰγίδου καὶ ἄνθου αἷμα οὐ συμμίσγεται ἀλλήλοις. Contra cum hoc scholio conspirat Plutarchus Morall. p. 537. B. μισοῦσιν ἀλλήλα καὶ ἀπεχθάνονται καὶ πολεμοῦσιν ὥσπερ ἀσπίστους τινὰς πολέμους αἰτοὶ καὶ δράκοντες, κορῶναι καὶ γλαῦκες, αἰγιδάλλοι καὶ ἀκανθυλλίδες ὥστε τούτων γέ φασι μηδὲ τὸ αἷμα κίρνασθαι σφαττομένων. Quare pro φησι scripsi φασιν, quanquam ultimum scholium diserte Aristotelem auctorem affert et cum hoc αἰγίδου nominat, non αἰγιδάλλον. Fortasse narrationi de aegithallo et acanthide hoc fere additum fuerat „Αριστοτέλης δὲ τὸ αὐτὸ περὶ αἰγίδου καὶ ἄνθου λέγει“, unde illae turbae.

Vs. 143, lin. 18. Λαμπροῦ est prava varia lectio pro λιπαροῦ. Pro ὀσφραντικῶν Reinesius desideravit γενεστικῶν; illud Geelius ita defendit, ut ab epithetis πίνος, λιπαροῦ ne odores quidem excludi diceret, parum probabiliter, quanquam Duebnerus in ea defensione acquievit. Verissima potius est codicis Gen.<sup>b</sup> lectio, secundum quam haec adnotatio non ad πίνος pertinet, sed ad ὄσμα ὠσθεν.

Vs. 147. 148, lin. 22. Locum varie correxerunt: Valck. ad Amm. p. 197 τὸ γὰρ ἔτος ἔνος (vel ἔνος) κατὰ τινὰς omisso ἢ, Koehlerus ἢ <τετραένης: τετραετής. τὸ γὰρ> ἔνος ἔτος κατὰ τινὰς, Hemsterh. τὸ ἔνος ἔτος vel ἔστιν ἔνος τὸ ἔτος, Toup. <ἔνος γὰρ ὁ ἐνιαυτός> ἢ τὸ ἐν ἔτος κατὰ τινὰς. Quos omnes fugit, vocem Ἀττικῶς ad sequentia trahendam esse, id quod ex Gen.<sup>b</sup> apparet, vid. lin. 16.

Vs. 149—153, lin. 16. Lectionem ὑφ' ὧν pro ὑφ' οὔ, quam recepi, Duebnerus ob praecedentia nomina duo illatam existimat. Geelius desideravit infinitivum ξενισθῆναι; Duebnerus infinitivum aliquem in corrupto πολλοὶ latere suspicatur. At de illo participii usu vide ad vs. 109. 110 et pro πολλοὶ lectio πολλὰ verissima videtur. Idem Duebnerus, errore quodam in 3. 4. Can. ὁ μέντοι deesse arbitratus, secundum Diod. IV, 12 haec fere supplenda

Vs. 147. Ἀπεχέτο potius est varia lectio, quam in textu habent codices s. β. Bar. Ad eandem Adertus et Duebnerus revocarunt interpretationem ἔχειτο in SchRec, et Gl., cf. ἐκέχτο GIE.

esse censuit: φασὶ πολλοὺς <ἀποκτεῖναι τῶν Κενταύρων, οὓς διοίστηρσεν> οἶνος ἐκεῖνος. Geelius proposuit ἐδόθη αὐτῷ ὑπὸ Δ., sine causa; intellige „vinum, quo Pholus Herculeum delectabat, illud est quod etc.“

— lin. 18. Minus verum videtur περὶ αὐτῆς, quod Duebnerus proposuit, quam Kiesslingi παρ' αὐτῶ.

— lin. 4. In Euripidis Cyclope vs. 156 potius Silenus vino instigatus χορευσαί dicitur; sed probabile est etiam Cyclopem can-  
tui vs. 604 saltationem addidisse.

— lin. 6. Eadem etymologia supra SchVet. I, 68, ubi βληχρόν, sed Gen.<sup>b</sup> ἀλληχρόν.

— lin. 10. Kiesslingius existimavit haec pertinere ad Demetr. de eloc. 115, ubi ψυχρότης agnoscitur in iis quae ἐπὶ τοῦ Κύκλωπος λιθοβολούντος τὴν ναῦν τοῦ Ὀδυσσεως quidam dixerit: „φερομένου τοῦ λίθου αἰγες ἐνέμοντο ἐν αὐτῷ.“ Hunc secutus Duebnerus: „φιλότης depravatam est ex ψυχρότης, et οὐκ οἶδ' ὅπη dictum videtur, quod ille Demetrium refutare volebat. Nam in integro scholio haud dubie memorabatur dictum illud de λιθοβολούντι Cyclope, quod Demetrius affert.“ Mihi minime credibile videtur illum Demetrii rhetorici locum respici; sed Demetrii comici verba agnosco, cujus in fabula Σικελία (II p. 876. Mein.) peregrinatus aliquis de saxis a Cyclope jactis narraverit. Cur haec verba afferantur, in scholio male excerpto non satis apparet ut saepius. Jam vero φιλότης, quod Toupius prius in φιλοπότης, postea Ad-dend. extr. in Φιλητάς mutari jusserat, pro appellandi formula haberi potest.

Vs. 154, lin. 15. Interpretatio ἐκεράσατε potius ad alteram lectionem διεκρανάσατε pertinet, ut ἐπηγάσατε lin. 16. 29. In qua non ἀντίφρασις inest, sed ex viore lectione περιφρασις quaedam „aqua fontana temperastis.“ Corruptum ἐμεθύσατε Duebnerus ex GIP. in ἐβλύσατε mutari jussit. Probabilius, nisi fallor, ἐμεθύσατε scripsi, qui recentis Graecitatis aoristus a μεθύμι sententiae interpretis aptissimus, qui cum Amaranto διεκρανώσατε accepit pro ἀνεώξατε. Ad eandem interpretationem locus Homericus pertinet, quare verba ἢ ἐπηγάσατε in Gen.<sup>b</sup> recte desunt, quae ex Gl. irrepserunt. In versu Homerico δὲ θύρας scriptum ex Od. α, 436 aliorumve locorum memoria, monente Duebnero.

— lin. 18. Prioris interpretationes ad διακρανώσατε pertinent, ad καρανώα relatum.

Vs. 155, lin. 11. Non λιμᾶσθαι dicitur sed λιμᾶν.

— lin. 12. „Quod alii τὴν θρίνακα, noster scholiastes τὴν θρινάκην vocat. Quae forma fuerit Alexandrina.“ Τουρ. — „Κατέθεντο corruptum est; fort. καταθέντες, ubi post usum de manibus pōnunt.“ Duebn. Ante Τριπτ. Toupius Σοφοκλέους suppleri jussit, sententia tamen non illustrata. Contra Geelius εἶπεν in εἶχον mutari voluit „hujus moris auctorem habuerunt Triptolemu“, ingeniose iudice Duebnero. Faciliore mutatione scripsi εἶπον, i. e. causam hujus moris a Triptolemo derivabant.



Vs. 157, lin. 21. Pro *πλεκώματα*, voce non usitata, Geelius conjecit *πληρώματα* secundum EtM. 285, 51 *δράγματα τὰ τῶν χειρῶν πληρώματα*. Quod Ruhnkenius ante τούτους *σωρούς* inseri jussit *μάκωνας*, Wartonus vero *μήκωνας*, codex p. (quo Wart. usus esse videtur) confirmat *μήκωνας* eo loco praebens. Confer autem Hesych. *μύκων, σωρός, θημῶν*, tum inter Dorica Joann. Gr. et Gregor. 168 *τούς σωρούς τῶν ἀγύρων μύκωνας (μύλωνας b., ἀχνυμῶς Aug., quod Schaeef. recepit)*. Koenius ad Greg. p. 362 haec e scholiis Theocriteis petita esse ideoque Hesychio (praeunte Sopingio) *μήκων*, Joanni et Gregorio *μήκωνας* restituum esse censuit, parum credibiliter, quum ea ratione probata lateat, quomodo scholiasta *μήκωνας* per *σωρούς* et *θημῶνας* interpretari potuerit. Rectius statui videtur *μύκων* (quae scriptura serie alphabetica apud Hesychium firmatur) vocabulum esse Doricum, Sicelioticum puto, pro *σωρός, θημῶν*, idque ipsum interpretem apud Theocritum invenisse, illatum ab aliquo, qui insigne Cereri *ἀλωάδι* aptius requireret. Duebnerus, quod Ceres *σωρούς* manibus gestare non potuerit (at potuit frumentum in calatho cumulatium) suspicatur corruptam interpretationem *πλεκώματα* ad *μάκωνας* pertinere et sequentibus *μάκωνας* vel *μύκωνας* ab illo distingui.

## Idyll. VIII. \*

Vs. 26, 27, lin. 8. Duebnerus *ἄγε* iu *ἄν* mutari jubet, id quod ex lin. 10. apparere dicit. Potius scholiasta ἦν pro ἦνι accepisse et eandem vim adhortativam agnovisse videtur, quam Latinum *en* habet cum imperativo junctum, ut Virgil. Georg. 3, 42 *en age segnes rumpe moras*, Ecl. 6, 70 *en accipe*.

Vs. 30, lin. 30. Pessime hic interpretis *ἰνκτὰ* neutr. plur. ab *ἰνκτὸς* esse et a *λαχῶν* pendere voluit, cf. Gl.

Vs. 33—35, lin. 8. Geelius transponi jubet *οἶον τὰ συγκ.*

Vs. 41—48, p. 293, 9. Hic vulgarem formam *πάντη* positam fuisse ex sequentibus apparet.

— lin. 15. Mutatione non necessaria in Amstel. etiam *τρέφεισθαι καὶ αὐξεσθαι* scriptum.

Vs. 49—52, lin. 22. *Μίλω* sine iota hic et infra p. 295, 11. vera scriptura est; nam ex *Μίλωνι* apocope ortum putabatur, cf. Gl. Quare in seqq. Kiessl. recte librorum lectionem revocavit, falso hanc ipsam Heinsio tribuens.

— lin. 2. Vide supra ad VII, 47, 48.

Vs. 53—56, lin. 15. Neutrius *τό πλοῦτος* exempla in Thesaur. ex vetustissimis Novi Testamenti codicibus afferuntur.

Vs. 57—60, lin. 10. Male verba *φόβον ἔχον*, quibus circumscribitur *φοβερόν*, in Amstel. et a Geelio tentata. Male etiam Gaisfordus tacite *ἔχων* edidit.

Vs. 157. In P. teste Bastio ad Greg. p. 363. 737 corrupte *φντὰ κονδαίας* legitur.

— lin. 15. Vox graecobarbara ex Latino cancellus facta et geminato λ et simplici utitur; illa scriptura secundum vocis originem verior.

— lin. 16. „*Ἀγορίμοις* male nescio quis mutat in *ἀγροβίοις*. Hodieque *ἀγρίμιν*, id est *ἀγρίμιον*, dicimus quod Galli le gibier.“ Piccolos. *Ἀγροβίοις* Gaisfordus coniecerat.

Vs. 65, lin. 12. „In *εἶναι* lapsum esse librarium puto post tres infinitivos, quum scribendum fuisset *ἔστί*. Aut cum Geelio scribe *λαμπουρίδι ἴσον εἶναι*. Ceterum rectus accentus *λάμπουρις* ab ipsis veteribus traditur.“ Duebn. Barbarograecis *εἶναι* semper est 3. sing. praes. ind. pro *ἔστί*, vid. Mullach. p. 281, quare illud mutare nolui.

Vs. 66, lin. 23. „Pro parenthesi habenda sunt *οἱ δὲ ἔνηβοι* . . . *ποιοῦσιν*, nisi ab recentioribus magistris sunt illata: quod Geelii iudicium confirmari videtur verbo *ποιοῦσι* pro *ποιοῦνται*, ut modo dixerat recte. Sequentia valde concisa, fortasse non integra; certe corrigendum *οὐ φροντὶς αὐτῶν* (*τῶν ποιμνίων*). Conf. sch. V, 106, l. 19.“ Duebn. Recepi ex Gen.<sup>b</sup> *αὐτοῦ*, i. e. *ἐπιμέλειαν ποιῆσθαι τῶν ποιμνίων*.

Vs. 67. 68, lin. 3. Verba *ἐνεργοῦσαι* seqq. Toupio refutato recte intellexit Geelius „vobis enim ejus nova germinatio nullo labore constabit“, minus recte *νομήν* pro *μόνην* in Amst. scriptum probans; recto Duebn. haec interpretatur „quandoquidem illa rursus sola et nulla vestra opera proveniet.“ Pronomen *αὐτῆ* immutatam relinquere poteram, quum *αὐτός* apud Neograecos demonstrativi loco sit, vid. Mullach. p. 192.

Vs. 72. 73, lin. 15. Lectionem *καὶ συνετῆ* Wartonus et Geelius non recte probarunt. Sunt enim duae diversae interpretationes. Alteri epitheton *σύνσφουρς* ad pulchritudinem trahebant (nisi forte interpretatio *εὐόμματος* vel *εὐόφθαλμος* ad lectionem *εὐσφουρς* pertinet), alteri, quum *τὸ συνωφρυνωμένον* vulgo tristitiam et severitatem significare existimetur, prudentem puellam intelligebant.

— lin. 17. Interpres voluit *παρελαύνω* dictum esse pro *ἐλαύνω παρακολουθῶν*.

— lin. 23. Gailius pro *μελῶν* proposuit *ὄλων*, Duebnerus in *μελῶν καὶ μερῶν* de dittographia suspicatus est, uterque non memor hanc definitionem *τοῦ κάλλους* ex Hermogene π. Ἰδ. I c. 12 (Rhet. Vol. III p. 278) petitam esse, qui sic: *τὸ κάλλος ἔστι συμμετρία μελῶν καὶ μερῶν μετ' εὐχρόας*. Conferantur praeterea quae Walzius ad eum locum attulit, add. Eustath. 382, 2 *εὐμορφος* — *περικαλλῆς ἐν συμμετρίᾳ μελῶν καὶ μερῶν*. Jam Plato Legg. VII p. 795. E. conjunxerat *τῶν τοῦ σώματος μελῶν καὶ μερῶν*.

Vs. 74, lin. 10. Verba *ὅπερ* seqq. praecedentia continuant. In lin. 12. Duebn. retinuit *τὸ μικρόν*, quod *τὸν μικρόν* sequentibus adversaretur: „nimirum *τὸ* (in multis codicibus) vel pro relativo ceperunt, ut modo lin. 10., vel pro articulo, ut hic; quare dicit *ἢ ἢ* etc. *Ὡς λέγεται* autem de glossa intelligendum est illis *ἀντιγράφους* addita.“ At apparet initium scholii ad lectionem *τὸ*

πικρὸν pertinere, deinde verba τινὰ δὲ seqq. aliam lectionem commemorare; ea est τὸν πικρὸν. Scholiastes verba οὐδὲ λόγων — τὸν πικρὸν interpretatus est per οὐδὲν πικρὸν ἰὼν λέγεται, ut scripsi pro ὡς λέγ., rariore attractionis genere admisso. Neque enim verborum ὡς λέγεται interpretatio, quam Duebnerus proposuit, mihi probabilis videtur.

Vs. 87, lin. 19. Adertus conjecerat πληροῖ, <ἤγουν> τὸν ἀμ. <πλήρη> ποιῆι.

Vs. 93, lin. 6. Duebnero ἀντιμεταβάλλειν hic ea metaphora verbi dictum videtur, quae a permutandis mercibus derivatur. Rectius conferes exempla de compendiario verbi μεταβάλλειν usu in Thesaur. V p. 843. B. proposita. Sententia est „quum redisset ad pristinum illius amorem“.

### Idyll. IX.

Vs. 1—3, p. 303, 8. Lectionem συναψάσθω in textu poëtae ex optimis libris restitui.

— p. 304, 1. Adertus suspicatur hunc interpretem invenisse ἀφέντες, lectionem ἐκείναις probans; at ipsum ὑφέντες agnoscit interpretatio ὑπ' ἐκ.

Vs. 9—11, lin. 9. Haec pertinent ad lectionem ἀπ' ἄκρας pro ἀπάσας, quae in 3. et cognatis libris extat.

Vs. 12, lin. 11. „Est finis longioris scholii de φρύγειν et derivato φρύγανα.“ Duebn.

Vs. 14. Scholium agit de persona hunc versum loquente.

Vs. 15—17, lin. 24. Locum criticis non suspectum recte, quantum fieri potest, restituisse mihi videor; librarius unam lineam praeterviderat.

— lin. 5. Vulgo haec scripta sunt, tanquam ὅσσ' ἐν ὀνείρω φέρειν illud proverbium sit, quod poëta imitatus esse dicitur. Quod quum neque aliunde cognitum sit neque probabili specie utatur, Duebnerus legi iussit ἀπὸ παροιμίας deletis sequentibus tanquam ex lemmate ortis. Mihi potius ipsum proverbium excidisse videtur, fort. τοῦτο κατ' ὄναρ εἶδες, vid. Paroemiogr. II p. 563. Codicibus autem suadentibus duo scholia distinguenda erant.

— lin. 8. „Scite coniecit Geelius aut ex infida memoria citatum aut de industria ita immutatum a quoquam fuisse versum Iliadis. Multa sunt exempla hujusmodi lusuum.“ Duebn.

Vs. 19—21, lin. 17. Geelius malit διὰ τούτου, ut solet dici.

— lin. 20. Locus pessime habitus. Primum vix dubium est quin ἔγκρα corruptum sit; nam χόρια minime sunt intestina, sed folliculi, quibus foetus includuntur (ἐμβρύων ἀγγεία, κυτάρια, ὑμένες, ἔλυτρα, vid. lin. 16. 19. 2., tum Paroemiogr. II p. 51. 719, et Galen. Vol. IV p. 538. Kuehn.), et aliud quid scriptum fuisse lectio codicum 4. Gen.<sup>b</sup> indicat. Deinde librorum lectiones πλήψ-

Vs. 88, lin. 24. Hanc gl. ex L. Boissonadius protulit.

σονται et πλάσσοντες aperte vitiatæ, πλήσαντες vero, ut Reiskius scripsit, vel propter sequens praesens ξηραίνοντες rejiciendum, nisi etiam hoc cum Meinekio Comicc. Gr. II p. 226 in aoristum ξηράναντες mutaveris. Desideratur autem in hac accuratiore descriptione quam maxime id indicatum, quibus rebus illos folliculos impleverint, sc. lacte secundum p. 307, 3., melle et lacte secundum Athen. XIV, 646. E. et Hesych., quibus testibus χόρια τὰ διὰ μέλιτος καὶ γάλακτος γινόμενα βρώματα. Itaque locum in probabiliorem formam correxi; nam lac coagulatum esse in illo cibi

γενεῖ <sup>γ λ</sup> facile suspicamur. Videtur autem in antiquo libro καταπήσσοντες scriptum fuisse, correcturis supra scriptis, et inde lectiones librorum natae.

— lin. 23. Quae in Cratini fragmento scripsi στέφει γένυς, intellige maxillas ornant et implent, cf. potissimum Alc. fr. 69 κλῖναι μὲν ἔπτα καὶ τόσαι τραπέσδαι μακωνίδων ἄρτων ἐπιστέφουσαι. Pro γένυς scriptum fuisse videtur γένυας, quod in γένυας corruptum.

— p. 307, 1. Fort. ἀπὸ τοῦ ἔσω βρύνειν, cf. EtM. 334, 13 ἀπὸ τοῦ ἔσω βρύνειν, ὃ ἔστιν αὔξεσθαι.

— lin. 3. „Incertum utra lectio (ὑπὸ et ὑπὲρ) sit praeferenda. Potuerunt enim illi ὑμένες aut supra ignem suspensi aut cineribus suppositi fuisse.“ Geel.

— lin. 8. Kiesslingius et Schneiderus in Ind. Theophr. p. 303, qui recte ἡμερίς et praeunte Koehlero ἀλίφλοιος, minus recte ἄκυλος scribi jusserunt pro tradito ἄμυλος; neque enim ullus scriptor arborem ἄκυλον dixit. Rectius Koehlerus viderat, ἄμυλον ex scholio ad vs. 21. irrepsisse. Nam hunc locum de quercus generibus et in Gen.<sup>b</sup> et apud Phav. deinceps sequitur lemma ἄμυλος vel ἄμυλον. Audacius tamen ille abjectis καὶ ἄμυλος scripsit τέτταρα γένη. Conferendus omnino locus Theophrasti de δρυός generibus H. Pl. 3, 8, 2: γένη μὲν οὖν οἱ μὲν τέτταρα ποιούσιν οἱ δὲ πέντε. διαλλάττουσι δ' ἔνια τοῖς ὀνόμασιν, οἷον τὴν τὰς γλυκείας φέρουσιν οἱ μὲν ἡμερίδα καλοῦντες, οἱ δ' ἐτυμόδρυν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπ' ἄλλων. ὡς δ' οὖν οἱ περὶ τὴν Ἰδὴν διαίρουσι, τὰ δ' ἔστι τὰ εἶδη ἡμερίς αἰγίλωψ πλατύφυλλος φηγὸς ἀλίφλοιος. Itaque ἄμυλος sequentis lemmatis contagio ex αἰγίλωψ corruptum esse videtur. Praeterea quum ἡμερίς et ἐτυμόδρυν Theophrasto non diversa sint, suspicor scholiastam eadem illa quinque genera Idaea enumerasse in hunc modum: φηγὸς ἡμερίς, <ἡ καὶ> ἐτυμόδρυν, ἀλίφλοιος <πλατύφυλλος> καὶ αἰγίλωψ.

— lin. 19 seqq. Οὐ μὲν δὴ Wartonus debet Hemsterhusio, qui ita tacite ad Thom. Mag. p. 636, ubi adnotavit οὐ μὲν δὴ . . . ἐστέρηται esse alterius interpretis priora refutantis. Potius verbis λέγεται δὲ seqq. definitio ὁ ἐστέρημένος ὀδόντων defenditur contra alius interpretis reprehensionem, cujus sunt verba καὶ τὸ βρέφος . . . . ἀποβεβληκότα.

— lin. 25. Koehlerus rescribi jussit εἶτα δὲ τῷ ἡλίῳ ἐξηραμμένου.

— p. 308, 5. *Σιτανίων* tanquam vulgatam lectionem afferunt Koehlero praeunte Kiessl. Geel. Duebn. Quod quum in nulla editione invenerim, a Koehlero vulgatam *σατινίων* tacite emendatam esse suspicor. Scriptura vocis inter *σιτ.* et *σητ.* valde dubia, vid. Thesaur. Praetuli *σιτανίων* cum Duebnero. Dorica forma *σατινίων*, quam idem cum Toupio poni posse existimat, a loco aliena est. Ceterum Duebnerus scribi jubet <ὁ> ἐκ τῶν *σιτ. λεγ. πυρῶν πλακοῦς*, hoc pro codicum lectione *άλους*, quam aliter emendavi.

Vs. 25—27, lin. 10. Interpretationem *ἐγέλασε*, quam Jacobsius Ep. Crit. p. 11 in *ἐκελάδησε* mutari jussit, tuetur etiam scholium l. 11. et GIC. Bene autem Geelius vidit eam ad lectionem *ἐγκαγχάσατο* vel *εὐ καγχάσατο* pertinere. Auctore Duebnero scholiasta vel legisse vel in mente habuisse videtur *ἐγκαγχήσατο* vel *εὐ καγχήσατο*.

Vs. 28—30, lin. 15. *Μέρος τῆς ῥῆθης* fere nihil aliud est quam *τὴν ῥῆθην*; ex interpretatione *μὴν ἐπὶ γλώσσαν* intelligitur hunc scholiastam non *φύσης* legisse, sed *φύσω*.

— lin. 7. H. Stephanus in Thesaur. V p. 1914. A. suspicatus est *φλυκταινώδης*, probante G. Dindorfio ibid. VIII p. 959; *φλυκτώδης* a *φλυκτίς* derivatum Geelius analogia vocis *μαντώδης* et aliorum defendi dicit. Si mutandum, *φλυκτιδώδης* proxime abeset. Mox *ὀλοφλυκτίδα* Duebnero verum videtur; scripturam sine altero λ tuentur Photius et Hesychius, deinde synonyma vox *ὀλοφυγδών*. Ad sequentia conferendus Photius: *ὀλοφυκτίς: οἷον ἐπινυκτίς ἢ δοθίην· ὅτ' ἂν δὲ ἐπὶ τῆς γλώττης τοῦτο γένηται, λέγουσιν αἱ γυναῖκες, ὅσα (ὄ ex emend., prius ω ut videtur) ποθεῖς τίς σοι μερίδα ἐπέδωκεν*. Apud hunc Duebnerus corrigit *ὅσα ποθεῖ τις* hoc sensu: „aliquis puer vel aliqua mulier quaecunque amat edulia, tibi portionem addidit, i. e. ipse transmisit, ut ad te deveniat tibi que sit portio. Celati amoris indicium in hac re deprehendebant.“ At collato scholio potius apparet priorem scripturam codicis Photiani *ὅσα ποθεῖς* in *ὡς ἀποθεῖς* refingendam esse. Hoc certe auctor scholii invenit, qui verbis paullulum mutatis eandem sententiam expressit, nisi quod negatio male intrusa est; *ἀποδεδ.* verius videtur quam Photianum *ἐπιδεδ.* Nam, nisi fallor, ejus dicti haec est sententia. Pustulae subito natae in universum improbitatis indices visae sunt, vid. Hesych. *ἐπινυκτίς, φυλακῆ* (*φύσκη* Heins.) *δοκούντι ἀδικεῖν*, quae mutila. Pustulae in naso mendacibus nasci credebantur cf. Idyll. XII, 24 ibique scholia et interpretes; contra pustulae in lingua maledicis, vid. p. 309, 17 *τοῖς μηδὲν πρᾶγμα εὐλόγως κρίνουσι* et Phot. s. v. *ὀλοφυκτίς* post verba supra allata: *δοκεῖ δὲ ταῦτα ἐπιγίνεσθαι τῇ γλώττῃ καὶ ὅταν ὑπὲρ ἀπόντος καλοῦ ἢ καλῆς διαλέγηται, ubi legendum videtur ὅταν ὑπὲρ ἀπόντος καλοῦ οὐ καλῶς διαλέγηται*. Jam vero, si quis propter pustulam in lingua ortam alium maledicis verbis petiisse videretur, mulieres dixisse videntur: *ὡς ἀποθεῖς τίς σοι μερίδα ἀπέδωκεν*, h. e. illum maledictorum quasi veneni partem reserva-

tam maledico reddidisse, unde pustulam illam natam esse. Ceterum Duebnerus l. 8. velit γένηται τιμῆ et ex Photio ἐπὶ τῆς γλώττης.

Vs. 33—36, lin. 25. Adertus post ὠδῆς suppleri iussit οὐκ ἔστιν; sed antecedente scholio comparato dubitari non potest, quin verba πλείων δόσις ex lemmate corrupta sint et post ea quaedam exciderint.

— p. 311, 4. Duebnerus suspicatur δαλήσατο δ' ἐναντίον τῷ ἐδίδαξε. Malui ἔθελεξε ponere, unde librarius propter sequens ἀμαθεῖς in ἐδίδαξε aberrasse videtur. Ad vocem δαλεῖς confer He-sych. δαλις, μωρός.

— lin. 8. Scholiasta verba poëtae sic distinxit: τῶς δ' οὔτι (sc. προσβλέπετε), ποτῶ δαλ. Κίρκη. Eodem modo Eustathius, vid. lin. 14. et SchRec. lin. 22.

### Idyll. X.

Vs. 1—3, lin. 20. Cf. EtM. 207, 30 βούκαϊος — καὶ Θεό-κριτος. σημαίνει δὲ τὸν ἀροτριαστὴν, τὸν τοῖς βουσί καίνοντα τὴν γῆν, τουτέστι κόπτοντα καὶ σιζόντα.

— lin. 21. „Diphilus Laodicensis, vid. Athen. VII p. 314. D. Βουκαῖος in ipso principio Theriacorum legitur vs. 5.“ Duebn.

— lin. 6. Cf. EtM. 613, 40 δηλοῖ δὲ ὄγμος τὴν τομὴν τοῦ ἀρό-τρον παρὰ τὸ οἰγεσθαι τὴν γῆν ὑπὸ τοῦ ἀροῦντος. Eustath. 1161, 55 ὄγμοι — αἱ τοῦ ἀρότρον τομαί — παρὰ τὸ οἰγεῖν ἀποβολὴ τοῦ ι. οἰ-γεται γὰρ τῷ ἀρότρον ἡ γῆ.

— lin. 12. Vulgatam lectionem ὄρχον confirmat etiam interpretatio ἡ ἐπίστιχος φυτεία p. 312, 26 ad ὄρχον adhibita (item EtM. 613, 35 ὄγμος. ἡ ἐπίστιχος φυτεία τῶν δένδρων, Eustath. 1161, 55 ἐν ἄλλοις ἐπίστιχον φυτεῖαν ἢ λέξεις δηλοῖ, sc. ὄγμος), quum alias eadem ad vocem ὄρχος pertineat, vid. scholl. Id. I, 48. Pro ὄρχον a recentiore aliquo vox graecobarbara et sono et significatione propinqua ὄρδινον posita esse videtur, quae etiam p. 312, 26 com-paret et ὄρδινον ad vs. 6, lin. 10. Haec ex latino ordo detorsa est et ab Eustathio de versibus librorum usurpatur, vid. Casaub. Lectt. p. 263. Sequentia οἱ δὲ τὸν χόρχον Duebnerus ex ὄρχον his hominibus non amplius satis intellecto orta putat.

Vs. 5. 6, lin. 5. Lacuna, quam statui, in hunc fere modum supplenda esse videtur: καὶ <οὐκ ἀποτέμνεις τῆς αὐλακος οὐδέν. ἡ ποῖος ἔση> εἶπερ σε κτλ., cf. lin. 8 et 14.

Vs. 14, lin. 14. „Vere iudicavit Geelius, scholii huius scrip-torem in poëta legisse ἦς καλὰ pro ἄσκαλα, atque adeo is for-tasse ἄς pro dorica forma habebat. Haec alius magister cum re-tioribus conjunxit interpositis voculis νῦν δέ, eademque rursus παραφράζει schol. Gen. lin. 24.“ Duebn. Non assentior. Scholia-sta sententiam poëtae ex opposito illustrare studuit. Olim, in-quit (i. e. antequam amore captus essem), post sementem

Vs. 3, l. 24. De hac significatione vocis λαίων vid. Bast. ad Gre-gor. p. 893.

omnia mihi erant pulchra (i. e. bene curata). Pro his in Gen.<sup>b</sup> infra lin. 24. absurde posita πρώην εἶχον ἄφθονα. Sequentia οὐ μόνον . . . ἀπὸ θυρῶν, quae desunt infra in Gen.<sup>b</sup>, minus apte interpolata sunt secundum Hom. Od. χ, 220 τὰ τ' ἔνδοθι καὶ τὰ θυρήφι.

— lin. 16. Absona sunt ἐσπαρμένα seqq., quare illud in ἐσκαλμένα mutavi, quod sententia postulat, sequentia vero tanquam ineptum additamentum damnavi.

— lin. 2. Adde ἄσκαλα, ἀκάθαρτα. Hesych.

Vs. 15. 16, lin. 12. Duebn. conjecit διὰ τὸ πλεοναχῶς ἐπισκώπτειν. Mihi potius alia interpretatio vocis πολυβώτης inesse visa est; rarum vocabulum βωτεῖν, cui fortasse olim additum erat τρυτέστιν ἀροτριᾶν vel ἀροῦν, etymologiae causa positum est, cf. Suid. βωτεῖν, ἀροῦν Ἀάκωνες, Hesych. βρωτεῖν, ἀροτριᾶν — Λάκωνες, Hesiod. Op. 391 γυνὸν δὲ βρωτεῖν.

— lin. 14. „καὶ πηνελόπη δὲ codex depravate, quod non dubito quin ortum sit ex κατὰ συνεκδοχὴν δὲ (conf. lin. 11.). Nam immania hic librarius monstra protulit vel in notissimis vocabulis.“ Duebn. Nos aliter.

Vs. 17. Adde ἀλιτρόν, ἀμαρτωλὸν ἄδικον. Hesych., cf. EtM. 65, 16 ἀλιτρός: ὁ ἀμαρτωλὸς καὶ ἄδικος· οἶον εὐρε θεός. τὸν ἀλιτρόν. ἀπὸ τοῦ ἀλιτῶ ἀλιτρός καὶ ἀλιτράινω, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀλιτήριος κατὰ συγκοπήν. Attamen locus Theocriteus deest in codd. D. V.<sup>b</sup> P.

Vs. 18, lin. 15. Kiessl. conjecit προσβλέπει εἰς τι, Duebn. προσβλέψει τι. Ceterum praetuli compositum προβλέπω, i. e. πρότερος βλέπω, quia hanc locustam credidisse videntur sicut lupum ei nocere, quem prior vidisset, cf. Meinek. ad Id. XIV, 22 et ibi potissimum Georon. XV p. 1038 ὁ γὰρ λύκος προορῶν τὸν ἄνθρωπον etc.

— lin. 17. „Συνεχῶς accipio conjunctim, simul, in saltu suo; nam incidentia animalia pedes ordine unum post alium movent.“ Duebn. Aegre credo de hac nova vocabuli interpretatione. Suidas et Paroemiographi Vol. I p. 385. II p. 104 ἀρουραῖαν μάντιν appellant δυσκλήνητον et rusticos dicunt secundum ejus κινήσεις divinare. Sequentia, quae unus Gen.<sup>b</sup> praebuit, Duebnerus dicit non inepte moneri; ego parum intelligo.

— lin. 21. Geelius malit διὰ τὸ τὴν sine καί; Duebnerus praeterea τὴν ἀκρίδα ejectionem velit ut explicationem ad αὐτὴν adscriptam. De addito ὡς cf. lin. 23.

— p. 319, 2. Duebnerus ἀκρίς, quod vulgata lectio habet, in Βομβύκη cum Hemsterhusio vel certe in κόρη τις mutari jussit.

— lin. 8. „Ἐντρανής cum derivatis de visu frequentantur his scriptoribus; antiquior dixisset ἐνατενίση, quod positum volebant Hemsterh. et Toup.“ Duebn. Idem Wartonus proposuit.

Vs. 18. Zieglerus ex β. affert χρίμπεται, πλησιάζεται.

— lin. 11. *Μακροσκελῆς* postulavit G. Hermannus Opuscc. V p. 12.

Vs. 26, 27, lin. 7. H. Stephanus conjecit hunc scholiastam *μελίχραως* legisse, quod etiam apud Philostr. Her. p. 736 legitur ex codd. in *μελίχλωρον* emendandum; verior certe forma esset *μελίχροιον*.

— lin. 14. Parum recte Kiessl. comma, quod post *ἡρέμα* positum erat, ante eam vocem transposuit, neque rectius Duebnerus illum secutus *μελιτοχρῶτα* legendum esse suspicatur. Nam *μελανοχρῶτα ἡρέμα* justam interpretationem vocis *μελίχλωρον* continent.

Vs. 28, lin. 24. Geelius pro *εἶναι* postulavit *ἔστι*, nisi verba *διὰ τοῦτο . . . αἶ αἶ* pro parenthesi habenda sint. Infinitivus aliquatenus ferri potest post supplementum antea ex Gen.<sup>b</sup> additum. Attamen non obsum, si quis *εἶναι* ex Neograecorum usu pro *ἔστι* positum existimet, cf. supra ad VIII, 65, l. 12.

Vs. 29, lin. 13. Scholium potius ad lectionem *τὰ πρῶτα λέγοντι* pertinet.

Vs. 34, 35, lin. 12. *Ἀμνκλαῖον παιδίον* est Hyacinthus, vid. Tourp.

— lin. 2. Non debbam *ἐρεῖς* mutare; nam secundum Triclinii usum hoc est „interpretare“, cf. p. 383, 9.

Vs. 40, lin. 12. Locus Duebnero merito non integer visus. Quae scripsi intellige: „quo tibi barba, si nihilominus stultus es tanquam imberbis puer.“

Vs. 41, 42, lin. 16. Nescio cur Duebnerus *ἐξέφηεν* ut plusquamperfectum intelligi velit. Optime scholiasta intellexit Milonem Lityersae carmen rustico aptum proferre cum irrisione Batti, qui *ἐργατης ὦν ἐρωτικὸν ἄδει*. Ultima (et p. 326, 13) respiciunt diversam personarum distributionem ex p. v. enotatam, secundum quam vs. 41—55 Batti sunt, cf. SchVet. vs. 56.

— lin. 19. Cf. Sositheï fragmentum Daphnidis, fr. 2 N., quod primus Casaubonus protulit Lectt. p. 265, non ex cod. Gen., ut olim credi poterat, neque puto ex alio scholiorum Theocriteorum codice, quanquam praemittit: „Theocriti verba sunt haec, *Θᾶσαι . . . Αἰτυέρσα*. Scholiastes adnotat“, quum antea dixisset, se forte in hos versus incidisse. Codex, unde hausit, potius ejusdem generis fuerit atque duo illi, unde Anonymi librum de mulieribus quae bello claruerunt Heerenius edidit in Bibl. litt. ant. Fasc. 6, 7., in cujus appendice illa de Lityerse extant. Ceterum simillima de Lityerse etiam Suidas narrat s. *Αἰτυέρσης*.

— lin. 12. Fortasse rectius geminatis verbis *Δαμ. πολ. separatim* scholium constituisssem: *Δάματερ πολύκαρπε: αὐτῆ κτλ.*, similiter ac p. 348, 2.

Vs. 44, lin. 2. Duebnerus scribi jubet *ἐπὶ τῷ κέρματι* de pecunia dictum. Nihil mutandum; *τῷ κέρματι* est i. q. *τοῖς ἕξ ὀβολοῖς*, vid. EtM. 285, 53. 613, 16. Eustath. 136, 10. 421, 26.

Vs. 40, lin. 26. Num *ἀληθιστι* adverbium ab *ἀληθίζω* derivatum?



Vs. 46. 47, lin. 1. Praepositionem *πρός*, quam Duebnerus hinc etiam supra lin. 13. intrusit, recentius additam esse vel collocatio vocis *παρατετηρημένως* evincit; *λέγειν* pro *κελεύειν* etiam apud antiquiores accusativum cum infinitivo regens reperitur.

Vs. 54. 55, lin. 1. Optime Gen.<sup>b</sup>. haec addit *κύνειον* refert; interpres agnovit duo nimiae parsimoniae documenta, primum quod lentem non coctam dat, tum quod carnem in minimas partes sectam; in scholio sequente male etiam *φακός* dicitur *καθ' ὑπόνοιαν* pro carne positum esse.

Vs. 56—58, lin. 2. Adertus, lectione τὰ in Gen.<sup>b</sup>. usus, legi jussit τὰ ἐπάνω τούτῳ (Miloni) *συνόπτουσι*, in quibus *συνάπτουσι* vix recte dictum. Neque vulgata lectio aliud quid dicit atque Adertus dici voluit; hoc enim inest, secundum quosdam in hoc versu personae mutationem non fieri, sc. etiam praecedentibus Miloni tributis.

### Idyll. XI.

Vs. 1—18, lin. 2. Recte se habet *αὐτόν*, in quo notum attractionis genus conspicitur.

Vs. 1—4, lin. 9. In scholio valde corrupto Duebn. proposuit ἐν τῷ ἔρωτι κορυφότερα παρέχει τῷ πάθει, Geel. *σύντομον γίνεται <τὸ πάθος> τῇ σοφίᾳ, ἢ σύντομον τῷ μ. εἶναι τ.* In nostris *περιγίνεται* sc. τοῦ πάθους intellige „vincit amorem“.

Vs. 7, lin. 16. Secundum Gen.<sup>b</sup>. restitue *ῥᾶον*, quod a librariis saepe in *ῥάδιον* corruptum, cf. Lobeck. ad Phryn. p. 403.

— lin. 18. Pro *φέρει* Duebn. suspicatur *λέγει*, sequentia multa esse existimans Geelio auctore.

Vs. 10, lin. 7. „Jovis-Cycni esse verba satis apparet, initio corrupta; conjicio: ὡς στρουθίων τοῖς σιτίοισιν ἤδομαι, quam his passerum cibariis delector! quod ut sequentia alludit ad rem libidinosam.“ Duebn.

— lin. 10. *Μαλίους* etiam in Amst. editum, idque Geelius tuetur e Ducangio docens *μαλίον* esse comam. Quanquam etiam *μαλίον* scribitur, vid. Coraes *Ἀτακτ.* p. 307.

Vs. 21, lin. 4. Vox *ἔλμης* nunquam non femini generis esse videtur; et frequentatur *πλαθείαι ἔλμινθες*.

Vs. 10. Ἐρωτα Gailius tacite scripsit: nam *ἔρον* L., *ῥρον* P.

Vs. 11. Duebnerus vidit *ἐνόμιζε* esse glossam ad sequens *ἀγέτο* et *τεταμέναις* ad veram lectionem *ὄρθαῖς* pertinere, quum ipsi codices L. P. *όλοαῖς* habeant.

Vs. 21, lin. 30. Duebnerus pro *ἀσθενές* proposuit *εὐφάνες*. At et haec interpretatio et mox *στρουφνοτέρα* nec minus p. 336, 1 et Glb. *σκληροτέρα* et GlM. *δριμντέρα* potius non ad vulgatam lectionem *φιαλωτέρα* pertinent, a cujus vocis potestate longissime absunt, sed ad aliam quandam, cujus vestigia partim servarunt lectiones *φιλαιτέρα* et *φιαλωτέρα* in parte codicum, partim *σφριανοτέρα* in Call. Quae illa fuerit, ex his Hesychii glossis divinari potest: *σφειλόν* (cod. *σφειλλόν*), *λοξόν*, *πυκνόν*, *εὐκίνητον*, *προσφρές*, *δριμύ*. — *σφηλόν*, *λοξόν*, *πυκνόν*, *εὐκίνητον*. *ἄσφηλον* δὲ τὸ *ἀκίνητον*. — *ἄσφηλοι*, *ἀσθενεῖς*. *σφηλόν* γὰρ τὸ

Vs. 34. 35, lin. 14. Cf. Scholl. Id. II, 55. 56.

Vs. 36, lin. 20. In v. l. intellige in M.<sup>2</sup> Gen.<sup>a</sup> prius οὐ omissum esse, quod ante τὸ θέρος extat. Nisi fallor, in M. sphalma οὐν supra lineam in οὐ correctum.

Vs. 38 — 41, lin. 15. Bene Geelius vidit post γλυκὺ μῆλον no-  
vum scholion incipere, id quod confirmat codex M., ubi his πα-  
λαιὸν additum. Attamen minus recte proposuit: ἄλλως. γλυκύμη-  
λὸν ἐστὶ τὸ μελίμηλον. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο μῆλον γένος, neque rectius  
puto Duebnerus ex M., sed recepto Geelii μελίμηλον pro μελίλω-  
τον, scribi jussit: γλυκύμηλον δὲ ἐστὶ μῆλον τι γένος ὡς μελίμηλον.  
Nam si comparaveris lectionem τὸ φίλον μοι μάλον in p. C. Burn.  
cum vulgata hujus scholii lectione μῆλον δὲ ἐστὶν ὡς μελίλωτον,  
probabile fit utrobique eodem errore μῆλον pro μελίμηλον scrip-  
tum esse, quod recte cum μελίλωτον comparari poterat. Ante  
Sapponis locum, qui ad γλυκύμαλον pertinet, pauca exciderunt.

— lin. 1. Cf. EtM. 720, 23 σκύμνος λέγεται ἐπὶ λέοντος, σκυ-  
μνὸς δὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, SchDid. Hom. II. σ, 319: ὄξυτονουμέ-  
νης μὲν τῆς πρώτης συλλαβῆς τὸ τοῦ λέοντος ἔκγονον, βαρυνομένης  
δὲ τὰ τῶν ἄλλων ζώων. Ceterum φησί, sc. grammaticus, unde regula  
petita. Pro κυρίως Duebnerus p. X. βαρέως scribi jussit, non recte  
puto; nam barytonesis indicatur verbis ὡς φίλοι, quae ex Gen.<sup>b</sup>  
addidi, et recte σκύμνος proprie de leonibus dici refertur.

Vs. 42. Nescio an legendum sit: οὐχ ἦτρον ἔξεις, ἐμοῦ δηλο-  
ύτι. ἤγγονν) ὁμοίως ἐμοὶ ἀπολαύσεις τῶν ἐμῶν. Quanquam in  
SchRec. ad haec posteriora idyllia δηλονότι aliquoties pro ἤγγονν  
vel τουτέστι usurpatum est, ut p. 338, 4. 340, 11.

Vs. 45. Koehlerus et Jacobsius scribi jusserunt δινούμενον,  
hic Eustathium advocans p. 1316, 63, qui θραδινὸν ortum dicit παρὰ  
τὸ ῥᾶον δινεῖσθαι, ἦτοι κάμπτεσθαι. Immo ipsi Eustathio donei-  
σθαι restituendum videtur, vid. Apoll. Lex. Hom. θραδινόν: λε-  
πτόν, οἰόνει θραδινόν παρὰ τὸ θραδίως doneῖσθαι.

Vs. 47. 48, lin. 3. „Ελληνες gentiles.“ Hemst. „Hinc patet  
nostrum scholiastam Christianum fuisse.“ Το up.

Vs. 54 — 59, lin. 2. Constat βράγγια piscibus pro pulmone  
esse, cf. Aristot. de resp. p. 471 Bekk. et Strab. XVII p. 826  
βράγγια, δι' ὧν ἀναπνεύουσι.

ἰσχυρόν. — σπηλόν, σκληρόν. In primis duabus pro εὐκίνητον legen-  
dum esse ἀκίνητον, contra εὐκίνητον pro ἀκιν. , tertia evincit, tum quarta,  
in qua σκ pro σφ ut σφόνδυλος, σπόνδυλος — σφραῖς, σφραῖς etc.  
Jam interpretationes Hesychianae δοιμὸν et σκληρόν (ἰσχυρόν, ἀκίνητον)  
conferendae cum δοιμντέρα, στρυφνοτέρα et σκληροτέρα apud interpretes  
Theocriti, deinde ἀσφ ηλοιοι, ἀσθενεῖς cum illis φιαρόν τὸ ἀσθενεῖς in  
SchL. Apparet enim, ni fallor, haec valde mutila esse et olim plenius  
sic fere scripta fuisse: σκληροτέρα, ἰσχυροτέρα· ἀσφηλον γὰρ τὸ ἀσθε-  
νεῖς, lectionem vero illam in antiquioribus libris σφηλωτέρα fuisse.

Vs. 31. Rectius ὠπορὸς scribetur, de quo etymologorum figmento  
cf. EtM. 641, 34. EtG. 444, 24. EtOr. 117, 6.

Vs. 43. Κινεῖσθαι etiam r.

— lin. 14. Geelius suspicatus erat legendum esse κεφαλή τι-  
νος ἀνθηφόρου βοτάνης.

— lin. 16 seqq. Conf. Phot. et Suid. πλαταγώνιον: τὸ  
μηδέν· κυρίως δὲ τὸ τῆς μήκωνος φύλλον καὶ τὸ τῆς ἀνεμώνης ἀπὸ  
τοῦ πλατάσσειν (Phot. πλάσσειν), τουτέστιν ἤχειν. — ἐσημειοῦντο δὲ  
ἀπ' αὐτοῦ τὴν τῶν ἐρωμένων στοργήν, τιθέντες ἐπὶ τε τοῦ ἀντίχειρος  
καὶ τοῦ λιγανοῦ καὶ ἀντικόπτοντες· καὶ εἰ μὲν ἤχησεν, ἐστέρηγοντο· (εἰ  
δὲ μή, τὸ ἀνάπαλιν add. Suid.). Ultima scholii mutila et corrupta  
esse, indicavit Geelius, eadem recentius addita Duebnerus, qui  
pro ὡσπερ καὶ dicit sententiam postulare τεκμαίρομενοι et deinde  
ἢ εἰ ἀψ. nisi omittendo peccatum sit. Nemo alius forma ἢ πλατα-  
γῶν usus est.

Vs. 67—71, lin. 3. Duebn. πρόσφατον ex πρόσφασιν natum ju-  
dicat eoque corrupto φωνὴν additum.

Vs. 72—74, lin. 11. Geelius conjecit καὶ λωφίσας τ. ψ., in-  
geniose iudice Duebnero. Eodem sensu, sed levioere mutatione  
scripsi ἀνήσας, qui recentis Graecitatis aoristus ab ἀνίημι.

Vs. 75, lin. 19. Recte τὰ deest apud reliquos, qui hoc versu  
utuntur.

Vs. 78. Apparet lemma falsum esse pro κίχλιδοντι.

Vs. 80. 81, lin. 12. „Παρὸ hic ut supra Sch. vs. 1—18, lin.  
7., et hodieque idem usus manet in comparisonibus et post com-  
parativos.“ Duebn.

## Idyll. XII.

Praem. lin. 12. Jacobsius pro μάλλον scribi jussit μαλακώτε-  
ρον. Geelius ἥδιον, ut in Hypoth. et Sch. vs. 28 ἥδιστα dictum.  
Mihī ἥδιον potius excidisse visum; neque enim μάλλον pleonastice  
comparativis additum inusitatum est.

Vs. 10—16, p. 348, l. Pro ἄκουσμα Toupius voluit ἄσμα, qua  
correctione non opus. Post δηλονότι propter sequens lemma  
excidit initium verborum posteris tributorum, α λέγουσι, quod  
suppleri jubetur, pendentium. Praeivit aliquatenus Geelius, qui  
sequens scholium adjungens proposuit: λέγειεν δηλονότι· δοιὼ τού-  
τω ἦσαν ἐν τοῖς προγενεστέροις.

— lin. 2. Geelii conjecturam modo attulimus; Duebnerus  
proposuit τοῦτο δηλοῖ (vox προτέροισι) τοὺς προγ., qui hoc recte in-  
dicavit, haec ad veram lectionem μετὰ προτέροισι pertinere, quo  
ctiam πρὸ ἡμῶν in seq. sch. recte tractum est.

— lin. 6. De vera vocis forma ἴσπνιλος ad ipsum Theocritum  
dicam.

— lin. 12. Homo stupidus, quum χ'ὼ μνκλαῖσδων scriptum  
invenisset, sibi persuasit α initiale vocis ἀμνκλίζων in mediam vo-  
cem transpositum esse.

Vs. 81. Libri potius habent καὶ κατέπεισε.

Vs. 11. Iudice Duebnero ὅλοις exprimit vocem πᾶσιν.

— lin. 15. Vix dubitari potest quin ad Theocriti locum etiam pertineat Lex. Seg. p. 348 *ἄειταν*: τὸν *ἑταῖρον*, Ἀριστοφάνης δὲ τὸν *ἑρώμενον*, quanquam hinc colligere nolo Aristophanem ipsius loci Theocritei memorem fuisse, cujus in *γλώσσαις* potius lectum esse videtur *ἄττης*, ὁ *ἑρώμενος*, qua interpretatione Etymologica, Cyrillus, hypothesis ad h. id., alii usi sunt. De interpretatione *ἑταῖρος* cf. praeterea p. 23, 8. 345, 21 et Suid. Zonar. *ἄειτης* ὁ *ἑταῖρος*. Unde apparet male M. Schmidtium Hesychio *ἑτερον* reddidisse propter poetae verba τὸν δ' *ἕτερον* — *ἄτταν*.

— lin. 16. Geelii conjecturam probavit Duebnerus, *μὴ* pro *μήτε* scribi jubens. Kiessl. proposuerat *μηδὲ γεγονέναι ἐτέρωσε τροπήν τινα*.

Vs. 17—21, lin. 21. In v. l. adde *ἀνέκβαστον* ante Heins.

Vs. 22—24, lin. 4. De *βοηθοὶ* dubitat Duebnerus. In seqq. *ἀναβλαστήσω*, quod reposui (cf. lin. 9.), ab aliquo mutatum videtur, qui transitivum verbi *βλαστάνω* usum non meminisset.

— lin. 10. Vereor ne male de appellatione *ψεύσματα* tradatur, quae ab nemine alio commemoratur. Recte enim lin. 13. ipsa potius appellatio *ψυδράκια*, de qua etiam aliunde satis constat, ad mendacii indicium refertur, quare suspicor *ψεῦσμα* et *ψεύσματα* (*ψεύματα* Call.) ex *ψῦμα*, *ψύματα* corrupta esse et illi correctionem ἢ *μᾶλλον ψύμα* adscriptam fuisse, quae ad *γεννήσω* relata in ἦ *μ. φύσω* abierit. Totus igitur locus olim sic scriptus fuerit: οὐδὲ *ἐπάνω τῆς θινὸς ψῦμα γεννήσω*. εἰώθασι γὰρ *τινες τὰ ἐπάνω τῆς θινὸς ψύμενα ψύματα ψυδράκια καλεῖν* vel τὰ *ἐπ. τ. θ. ψύματα ψυδράκια* [*ψεύσματα*] *καλεῖν*. Homo recentior, qui scholium lin. 17 seqq. ex vetustioribus composuit, lectionem corruptam invenit.

Vs. 27—33, lin. 10. „*Νίσσα*, quum tam notus sit portus, non debebat defendi hac notatione Pausaniae, ab Megareo Neptuni Megaris urbi nomen esse *πρότερον Νίσσα καλουμένη* I, 39, 5.“ Duebn.

— lin. 11. „Haec inde ab *ὠνομάσθησαν* reliquiae sunt scholii amplioris de Megarensium nomine duplici, quod similia referebat iis, quae apud Pausaniam leguntur I, 39, 6, unde haec solum repero: *Μεγαρέα τὸν Ποσειδῶνος θυγατρὶ Νίσσου συνοικήσαντα Ἴφινόη διαδέξασθαι τὴν τοῦ Νίσσου ἀρχήν*.“ Duebn. Locum supplere conatus sum; Megareus recte etiam Niso *συνοικήσαι* dicitur.

— lin. 13. Simonidis commemorationem (fr. 199 Bgk.) Schneidewinius suspicatur ad epigramma in lapide servatum fr. 110 pertinere.

— p. 352, 4. „*Ἐπ' αὐτοῦ* Vat. 3., quasi vellet interpres: puerum suavissime osculantem arbitrum hujus osculandi certaminis, illum ab eodem arbitro floribus coronatum dimitti. Bene: sed nondum mentio facta erat arbitri.“ Wart.

Vs. 19. *Ἐλεύθερον* non magis intelligo quam Duebnerus.

Vs. 25. Nisi *οὐκ* delendum, duae proferuntur vocis *ἀβλαβῆς* interpretationes, altera *α* privativum agnoscens, altera intensivum.

Vs. 34—37, lin. 5. In Amstel. probante Geelio editum: ἡ λεγομένη Λυδία ὡς τοῦ λίθου τούτου παρὰ Α. εὕρισκομένην. Accusativus absolutus in his scholiis nihil offensionis habet; de χρυσίτις. ut scripsi, cf. Hesych. χρυσίτις, λίθος ἢ καλουμένη βάσανος ἢ Λυδία. Neque enim propter obscuriorem Suidae adnotationem s. v. χρυσίτις Bernhardyus recte femininum apud Hesychium dammare videtur.

## Idyll. XIII.

Vs. 1. 2, lin. 23. sqq. Jam Boissonadins in ed. pr. viderat haec ex hypothesi ad scholia vs. 1 transferenda esse. Comparato autem scholio ad Apollon. III, 26 facile apparet aut utrumque interpretem ex eodem fonte hausisse aut (id quod verius videtur) Theocriteum ex scholio Apolloniano tum integriore hausisse, in quo post Ἴβυκος lacunam esse ex cod. Laur. patefactum est. Ab initio Valckenarius edidit τινος corruptelae signo praefixo. Recte primus Gailius, tum Meinekius ed. II revocarunt τίνος. ut est in Call., simul signo illo abjecto. Meinekius in ed. III proposuit τίνος υἷον <λεκτίον> τὸν Ἐρωτα. Nescio tamen an byzantina quaedam constructio agnoscenda sit. Genealogiae sequentes compluribus erroribus laborant. Primum Hesiodus Th. 120 non dixit Erotem Χάους καὶ Γῆς esse, sed post Χάος et Γῆν et Τάρταρα natum esse; etiam SchApoll. male: ὁ δὲ Ἡσίδοσ· ἐκ Χάους λέγει τὸν Ἐρωτα. Deinde in Alcaeī genealogia, quae deest in SchApoll., pro Ἐριδος restituendum esse Ἰριδος secundum ipsa Alcaeī verba fr. 13 Bgk. et alia testimonia (cf. Gaisf. ad Heph. p. 337, Matth. ad Alc. p. 16, Bergk. ad Alc. fr. 13) recte Gaisfordus intellexit. Tum in SchApoll. potius traditur Σαπφῶ δὲ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ, id quod multo probabilius et recte a Blomfieldio praelatum probante Nevio p. 97, Wuestemanno, Duebnero p. X; in fr. 74 Sappho Erotem Veneris Θεράποντα dicit, non filium. Traditum in SchTheocr. Ἀφροδίτης Bergkius ad fr. 132 non debet defendere verbis Pausaniae IX, 27, 3: Σαπφῶ δ' ἢ Λεσβία πολλά τε καὶ οὐχ ὁμολογοῦντα ἀλλήλοις ἐς Ἐρωτα ἦσεν. Nam utrumque scholiastam eandem genealogiam spectare pro certo haberi potest; Ἀφροδίτης irrepsisse videtur ex praecedentibus in SchApoll. verbis: Ἀπολλώνιος μὲν Ἀφροδίτης τὸν Ἐρωτα γενεαλογεῖ.

Vs. 7—9, lin. 15. „Mutila haec et perturbata pluribus tractarunt Rutgersius Var. Lectt. III c. 8, p. 217, Toupius et Koehlerus ad h. l. Conferendus est SchApoll. I, 1207. In notatione ex Socrate (quem SchApoll. quoque citat et de quo vid. Meinek. Anal. Alex. p. 149 seq.) petita Ἰλλον cum Ἰλλα, ut ubique scribit SchApoll. Parisinus, confusum esse annotavit Hemsterhusius, qui sequentia sic corrigit: Ἀπ. δὲ ὁ Ῥόδιος Θειοδάμαντος, Νικανδρὸς δὲ (ap. Anton. Lib. c. 26) Κήυκος· Ἐνφορῶν δὲ Πολυφήμου τοῦ Π. ἐρώμενον. Quae de Polyphemo Argonauta dicta sunt, non de

Vs. 1. Addo [μόνοις:] πρώτοις (?) Vat.

Cyclope, vid. SchApoll. I, 40. Sed *Εὐφήμου* nomen recte tuetur Kiesslingius ex SchPind. Pyth. IV, 35 (Hesiod. fr. 15) et turbatum esse aliquid ex SchApoll. apparet, qui amorem Polyphemi ex solo Socrate, patrem ejus ex Socrate et Euphorione memorat. Quod supra (lin. 15.) tanquam Socratis editur, ad Anticlidem referendum videtur, qui in Deliacis *ἰδίως* narraverat *ὃν τὸν Ἰλλαν, ἀλλὰ τὸν Ἰλλαν Ἡρακλέους υἱὸν ἀποβάντα ἐφ' ὕδωρ μὴ ὑποστρέψαι* (SchApoll. I, 1207 et 1289 extr.). In tanta igitur perturbatione non mirum etiam verba *καὶ ἄλλοι ἄλλων* loco mota esse, quibus abuti non debebat vir doctus (Geelius) ad tuendum genitivum *ἐρώμενον*.“ Duebn. Mihi cum Koehlero (qui et ipse postea *Θειοδάμαντος*) non prorsus improbabile videtur Hylam secundum aliquam traditionem Socrati probatam Herculis filium dictum esse, praesertim quum idem Socrates illum amasium Polyphemi, non Herculis esse tradidisset. *Πολυφήμου ἐρώμενον*, quod etiam Wart. et Hemsterh. proposuerunt, cum Meinekio Anal. Alex. p. 152 verum duxi collatis SchApoll. I, 1207 *Σωκράτης δὲ ἐν τῷ πρὸς Εἰδόθεόν φησι τὸν Ἰλλαν ἐρώμενον Πολυφήμου καὶ οὐχ Ἡρακλέους γενέσθαι* et ibid. I, 40 *τὸν δὲ Πολύφημον Ἐλάτου παῖδα εἶπεν Ἀπολλώνιος, Σωκράτης δὲ καὶ Εὐφορίων Ποσειδῶνος*. Nam ex SchPind., quo Kiessl. probantibus Geelio et Duebnero ad tuendum *Εὐφήμου* usus est, nihil apparet, nisi Euphemum quoque ab Hesiodo Neptuni filium dictum esse. Verba *καὶ ἄλλοι ἄλλων*, quae Duebnerus videtur post *Κήνκος* transposita voluisse, malui circumscribere ut repetita ex scholio superiore lin. 2.

— lin. 4. 5. Aristot. fr. 286. Müll. — „*Leg. Ἡρόδωρος δὲ ὑπὸ τινος τῶν βουκ. Is Teutarus est, cujus meminit ad vs. 56.*“ Hemsterh. At *βουκόλοι* etiam lin. 9 et 13.

— lin. 7. „*Dryops et Dryopum rex erat Thiodamas, nisi scholiastes voluit Dryopis filius. Atque ita ad verbum SchApoll. I, 131: Ἡρακλέους ἐρώμενος, υἱὸς Θειοδάμαντος τοῦ Δρύοπος. οὕτω Μνασέας.*“ Duebn. In proximis vulgatae lectionis errorem, quem Duebn. secundum sch. praec. castigavit, ex Gen.<sup>b</sup> corrigere contigit. Apparet librarium pro illis *μαθῶν ο*, quae non intelligeret, temeraria conjectura *ὃ ἦρα* scripsisse. Ultima hujus scholii, in quibus aliquid vitii latere Meinekios sensit ed. III, supplivi ex lin. 6.

— lin. 11. Hujus scholii auctor praecedens scholium praec oculis habuit, quale fere in Gen.<sup>b</sup> extat valde corruptum, neque *μαθῶν* lemma esse perspexit. Apertiora sphalmata ex antiquiore illo libro repetita corrigenda duxi.

Vs. 10—13, lin. 1. „*Ἀνακουφιζομένης* (ut M. Q. Gen.<sup>a</sup>) absurdum est; nec potest gallina pullos tegere et alis amplecti in fuliginoso tigillo. Vulgatum intelligam: *matre in pertica a las agitante et deinde secedente in nidum vel angulum aliquem, ut pullis cubitum det. Sequentia vero τὴν τελ. ἐκδ. τροφήν* posterius addita sunt ab iis qui hirundines intelligebant.“ Duebn. Probabilius *ἀναχωρούσης* de hirundine matre cum victu

ad nidum redeunte intelligi videtur, nec fere dubito, quin ipse scholii auctor locum male interpretatus sit, cf. l. 20 sqq.

— lin. 10. Indicavit Geelius duos versus Homeri confundi  
Od. ζ, 239 *αὐτὴ δ' αἰθαλόεντος ἀνὰ μεγάροιο μέλαθρον.*

„ 143 *ἔς θαλάμους Ὀδυσῆος ἀνὰ ῥῶγας μεγάροιο.*

Vs. 1 — 14, lin. 28. Jacobsius pro *καὶ ὄντας* coniecit *σπεύδοντας*, Amstel. *βλέποντας*, Geelius *ὀρῶντας*. Sed quum etiam *ἔχουσα* ineptum sit, pro *ἔχουσα καὶ ὄντας* scripsi *ἐνθουσιάζοντας*, i. e. concupiscentes ut *ἐνθουσιᾶν εἰς μῆξιν*.

Vs. 15, lin. 2. Duebnerus coniecerat *ἀντὶ τοῦ αὐτόθεν ὡς αὐτόθεν*. Nostrum a tradito propius abest; *παρὰντόθεν* confestim ex Arriano affertur.

Vs. 20. Cf. Steph. Byz. *Μίδεια*, πόλις ἐν Ἀργεῖ, ἡ νῦν *κώμη*.

Vs. 22, lin. 1. Meinekii emendationem probavit et illustravit Lobeckius Aglaoph. p. 863 seqq., sed aliam quoque correctionem proposuit *Ἄρκου πύλας*, i. e. portam Arctoam.

— lin. 2. „Timosthenes *περὶ τῶν λιμένων*, qui de eadem regione citatur ab Harpocrate in *Ἐφ' ἱερόν*.“ Duebn. „Significatur templum Jovis Urii, de quo Strabo VII p. 319, quod templum eximie vocatur *ἱερόν*, de qua re vid. Valckenaer. ad Herod. IV c. 85. init.“ Geel.

Vs. 25 — 28, lin. 22. „*Πλειάδες προσηγορεύθησαν* Toupius. Sed graviora in hoc scholio quaerenda restant.“ Duebn. Neque illius mutationis causa apparet.

Vs. 15 — 34, lin. 23. „Malim *διαπερῶσα*, ut ad navem ipsam referatur.“ Geel. Sed cf. GlM. *ὥσπερ διέρχεται κῆμα*.

— lin. 6. „Verba *Κίως δὲ πόλις πρὸς τὴν ἔω κειμένη* mutila sunt aut absurdam continent vocis *Κίως* etymologiam, ut quodammodo *Κίως* contractum sit ex *κειμένη* et *ἔω*.“ Geel. Probabili, nisi fallor, correctione loci vitium sustuli.

Vs. 36 — 44, lin. 19. *ἔλφος* interpretatur lectionem multorum librorum *ἔγχος*.

Vs. 40, lin. 2. „Conferendus qui bellam etymologiam a *θρίων*, ἀνὰ et *βαίνω* doctius exponit EtM. 455, 25.“ Duebn.

Vs. 41, lin. 6. Recte Hemsterh. ἡ supplevit, quia his altera appellationis *χειρόδιον* explicatio continetur. Non invenit autem particulam SchM. lin. 19., qui haec paullulum mutavit.

— lin. 12. Adert. proposuit *καὶ ὕδωρ ἐὰν ἐπὶ τούτου*, Piccolos probante Duebnero *κὰν ὕδωρ ἐπ' αὐτοῦ*. De recentiore forma *χεθῆναι* pro *χυθῆναι*, quam Adertus et Duebnerus non tolerarunt, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 731.

---

Vs. 31. Gl. *σπονδαίως σύρονσι*, ut Duebnerus recte indicavit, ad lectionem *ἐύροντι* pertinere videtur, quae in p. extat, non in P., ut Duebn. dicit; nam hic potius *εὐρόνται* habet. Neque cum Duebnero putaverim interpretem de *εἰρόντι* cogitasse; sed is potius *εὐρόντι* lexisse et *εὐώ* pro *εἶρώ* cepisse videtur.

— lin. 16. Jacobsius legi jubet *παρὰ τὸ μὴ <διαίνεσθαι ἦγον> δεύεσθαι*, adversantibus extremis *δεύσαι γὰρ τὸ βρέξαι*. Rectius rescripseris *διαίνεσθαι* et *διῆνασ*; sed hujus additamenti auctori vox *διαίνω* parum nota fuisse videtur, ut *ἀδιαντον* potius ad *δεῖω* retulerit.

— lin. 21. „Idem narrat Plinius XXV c. 8, 50, 39. Adde GlQ.“ Duebn.

Vs. 42, lin. 12. „Hemsterhusius Etymologum apud Theocritum *εἰλιγενῆς* legisse suspicabatur; non ita legisse postrema grammatici verba dilucide ostendunt, quae aperte docent glossae auctorem *εἰλιτενῆς* explicare de planta, cujus radices in paludosis locis late serpunt; pro *γινομένη* fort. scrib. *τεινομένη*.“ Meinek. ad Theocr. p. 289. Cf. lin. 11. et Gl., tum p. 362, 22. Pro vulg. *ἡ ἐπιπολὺ* Wordsworthius p. 111 proposuit *καὶ ἐπιπ.*, et ita tacite Meinek. l. 1.

Vs. 44, lin. 21. Hemsterhusii correctione *ἀνθρώποις* pro *ἀντοῖς* non opus, si in lemmate *ἀγροιώταις* suppletur, quo *αὐτοῖς* referatur.

Vs. 46—50, lin. 14. „Nicander in libro II *Ἐτεροιοιμένων*, quem excerptit Anton. Lib. c. 26.“ Duebn. Cf. SchApoll. I, 1236, ubi post Theocriteae narrationis commemorationem: *Ὄνασος δὲ ἐν τῷ α̅ τῶν Ἀμαζονικῶν πεσόντα τὸν Ἰγλαν φησὶν ὑποβρυχίον γενέσθαι. Καὶ Νίκανδρος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ἐτεροιοιμένων ὑπὸ πασῶν φησὶν αὐτὸν ἀρπαγῆναι νυμφῶν· ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ὑπὸ μιᾶς, et ad I, 1207: Ὄνασος δὲ ἐν πρώτῳ Ἀμαζονικῶν ἀληθέστερον τὴν ἱστορίαν ἐκτίθεται, οὐχ ἠρπάζθαι αὐτὸν ὑπὸ νυμφῶν, ἀλλὰ κρηγῆσθαι εἰς κρήνην καὶ οὕτως ἀποθανεῖν. Hinc Reinesius teste Kiesslingio, Koehlerus et Wartonus in SchTheocr. Ὄνασος reponi jusserunt. Attamen quum Onasus historicus praeterea nusquam commemoratur, Reinesius (vid. Westermann. ad Voss. de hist. Gr. p. 420 nr. 42) id nomen ex *Μνασέας* corruptum judicavit, quanquam de hujus Amazonicis nihil traditum; contra C. Muellerus Hist. Gr. III p. 158, probante Heckero Philol. V p. 426, *Λιονύσιος* inesse vult, Milesium intelligens, quem etiam de Amazonibus egisse constat. Corruptelam Muellerus ita natam putat, ut post *γενέσθαι* et *ἠρπάζθαι*, quae in SchApoll. antecedunt, *Δι* perierit. At in scholiis Apollonianis satis bene servatis talis notissimi nominis corruptela, eaque bis repetita, aegre statuitur, etiamsi concedamus interpretem Theocriteum ex illis jam corruptis hausisse. Nec video cur credi non possit, Onasum quendam, casu raro commemoratum ut multos alios scriptores, Amazonica scripsisse.*

— lin. 17. Pro *εἶδος* Geelius propositum *ἄκρον* collato EtM. 540, 43 *κροσσὺς τὰ ἄκρα τῶν λιματίων λέγουσι*, quam emendationem Duebnerus scholio postea protracto lin. 20. firmatam existimat. At scholium sequens potius docet *εἶδος* insertum esse ab aliquo, qui brevitatem interpretis parum caperet. Ex Hesychio huc pertinet *πολυχανδέα: πολλά χωρούσαν*.

Vs. 53—56, lin. 18. De Teutaro Scythia, Amphitryonis bu-



bulco, Herculis in arte sagittandi magistro Hemsterhusius et Toupius compararunt Lycophr. 56 et Tzetz. ad Lycophr. 51. 458.

Vs. 58—60, lin. 14. Genitivum absolutum pro nominativo positum contra Toupii conjecturam ὦν αὐτὸς recte Duebnerus tutatur.

#### Idyll. XIV.

Vs. 2—4, lin. 23. Hoc dicit: „Thyonichus potius scire cupit, quid Aeschini cordi sit, quam quae mulier ab eo amata.“ Duebnerus proposuit ἢ περὶ αὐτῆς vel ἢ ἐπ' αὐτῆς.

— lin. 4. Gaisf. seqq. post additamentum ex p. petitum male reliquerunt ἢ φροντίς ex vulgata lectione, vid. supra lin. 23.

Vs. 5, 6, lin. 19. Pro συνταξόμεθα Hemsterh. conjecit συντενξόμεθα, in quod etiam Toupius incidemat, qui illud recte tutatus est collatis SchSoph. Tr. 531 συντάττεται ταῖς αἰγμάλωτοις i. e. διαλέγεται et SchApoll. 3, 482, ubi συντάξομαι eodem sensu.

— lin. 1. Geelius malit τὰ Πυθαγόρου ut supra lin. 23; τὸν Πυθαγόραν extat etiam lin. 15.

Vs. 8, 9, lin. 5. διὰ μέσον est glossa ad ἀνὰ μέσον non suo loco inserta.

Vs. 10, lin. 9. Geelius proposuit ἐκ τοῦ π. ἀπὸ τοῦ σιωπᾶν ὀξ. „subito post silentium iracundia flagrans“, qui sensus etiam non mutatis verbis inest; nam ad τοῦ σιωπᾶν repetendum ἐκ.

Vs. 11, lin. 19. Lectio prava καῖνον, quo haec altera lectio pertinet, cf. Gl., extat in 23. sec. Y. et aliis libris.

Vs. 12—14, lin. 4. Verba ἐμοῦ παρασκευάζοντος, ut scripsi, interpretantur παρ' ἐμίν.

Vs. 15, 16, lin. 7. Intellige τὸν χοῖρον ὃς θηλάζει παῖδα.

— lin. 10. Cf. EtM. 197, 32 βίβλιος οἴνος: — ἀπὸ βιβλίνης οὕτω καλουμένης Θρακίας ἀμπέλου.

— lin. 13. Verbis παραχρημα καὶ πρὸ βραχέος explicatur σχεδόν.

— lin. 14. Sine causa Duebn. conjicit ἄφθονον propter sequentia. Explicatur ὡς ἀπὸ λανῶ „large vinum dedi, tanquam esset ex prelo manans.“ Eo enim sensu apud hos recentes ὡς cum inf. ponitur.

Vs. 20, 21, lin. 14. Duebn. ἢ ἠδὲ πίνουσιν ex ἢ Κυνίσκα corrupta putat cf. Gl. Malui ἢ δὲ πίνουσα ponere, quia h. sch. et sequens diversas interpretationes continent. Alii enim intelligebant, idque recte, Cyniscam et ipsam bibentem nullum amati nomen pronuntiasse; alii cyathis in ejus honorem exhaustis eam nihil respondisse.

Vs. 22—24, lin. 8. Lacuna, quam primus indicavi, in hunc fere modum explenda videtur: οὕτω <καὶ ἢ Κυνίσκα ἄφνω ἄφωρος ἐγένετο. διὰ τοῦτο> δὲ ἐναντίως εἶπεν.

Vs. 17, lin. 20 et 22. Cf. Tzetz. ad Lycophr. 887 Κόλχοι οἱ καὶ Λᾶξοι καλούμενοι et (quem laudat Hasius in Thes.) τῶν πάλαι μὲν Κολχῶν, νυνὶ δὲ Λαξῶν ὀνομαζομένων Jo. Philopon. de cr. mundi p. 153, 1.

Vs. 26—28, lin. 14. Ἄλλ' Duebnero corruptum videtur.

Vs. 31—33, lin. 22. „Αἰόλον, versutum, si integrum, spectat ad Θετταλῶν σόφισμα, ἐπὶ τῶν οὐκ εὐθυμαχοῦντων, ἀλλὰ κακουχοῦντων.“ Duebn. Ex αἰολικόν in Gen.<sup>b</sup> restitui Αἰολικὴν, qua interpretatione scholiasta usus esse videtur non solum quod Thessali sunt Aeoles, sed etiam quod οἱ Αἰολεῖς διαβάλλονται ἐπ' ἀπάτην, cf. Scholl. et Interprett. ad Id. I, 56, ex quo loco nescio an Αἰολικόν in mente habuerit.

Vs. 39—41, lin. 7. Lectio codicis Gen.<sup>b</sup> praeferenda erat, quia in Syracusiarum loco illud ipsum μαλακῶς legitur; reliquae lectiones correctores sapiunt.

Vs. 42. 43, lin. 11. Huc pertinet Hesych. δικλίδος, διθύρον, ut Toupius recte codicis lectionem δίθυρος emendavit.

Vs. 44—46, lin. 5. Cares hinc alienissimi; κατάκρας, ut scripsi, est prorsus, quo comprehenditur sententia verborum οὐδ' εἰ Θρακιστί.

— lin. 7. ξ' παρὰ ἧ' essent quinquaginta duo dies, quare scripsi ξ' παρὰ β', i. e. ἐξήκοντα δυοῖν δέουσαι vel νη'.

— lin. 11. Piccolos voluit μὴ ἀπνητηκέσαι με; „μοι relinqui poterat, sc. αὐτήν.“ Duebn. Idem deletο οὐ scribi jubet οἰονεῖ μεταμ.

— lin. 13. ἀλάσθαι pro ἀλίσκασθαι positum putavit Duebnerus vel ἀλώναι cum Wartono reponendum.

— lin. 14. „Αὐτούς, nimirum τοὺς πάγονας, qui jam in διὰ τούτων intelligebantur. Est epitome scholii amplioris.“ Duebn. At vix dubium quin potius capilli maxime intelligendi sint et recte in GIM., quae similia habet, αἱ τρίχες nominentur; quare supra τὰς τρίχας supplevi et hic femininum reposui, quod propter τούτων male acceptum labem traxit.

Vs. 48. 49, lin. 9. Τίνες κρείττονες εἶεν τῶν Ἑλλήνων Phot. s. v. ὑμεῖς ὦ Μεγαρής, et similiter Suid. et paroemiographi. Zenob. I, 48, Diog. I, 47, Apost. I, 59. Quare vulgatum κρείττονες servavi. De illo oraculo Aegiensibus vel Megarensibus dato vid. Paroemiogr. I p. 19 et qui ibi laudantur; ipsum oraculum extat Anth. Pal. XIV, 73 et Phot. Suid. s. ὑμεῖς ὦ Μεγαρής.

Vs. 51, lin. 3. Aegre defenderis δυσεξειλήτως ἀπαλλάσσεσθαι, quare scripsi δυσεξειλήτον (ad πρᾶγμα), cujus loco p. M. synonymam vocem usitatiores ἀφυκτον habent, ille una cum corrupto δυσεξαλείπτως.

— lin. 10. Hoc scholium e duabus Suidae glossis conflatum: μὺς ἄρτι πίττης γευόμενος: ἐπὶ τῶν πρώην τολμηρῶν καὶ ἀναιδῶν, ἀθρόως δὲ δειλῶν ἀναφανέντων (quae proverbii interpre-

Vs. 39, lin. 21. Glossator μάσταξ derivat a μάσσω, quod saepissime in μάλασσω corruptum. Sequens glossa στόματι ad lectionem μάστακι, in nullo libro traditam pertinet, nisi glossator oscitanter aliqua glossa ad μάστακ' Hom. II. 2, 324 pertinente usus est; hoc enim Apollonius Lex. 110, 2 pro μάστακι capit, vocem per στόμα interpretatus.

tatio nulli alii communis est) et μὺς πίσεως γέυεται: ἐπὶ τῶν νεωστὶ ἀπαλλασσόντων μετὰ κόπον. καὶ ὅσα Μὺς ἐν Πίσει . . . ἀπαλλάξαντος. Hic locus etiam apud Photium extat, ubi item ἀπαλλασσόντων, ὅσα Μὺς, ἀπαλλάξαντος, aliis quibusdam a Suida et scholio discedentibus. De proverbio ὅσα Μὺς ἐν Πίσει et Mye Tarentino vide praeterea Paroemiogr. I p. 139. II p. 11.

Vs. 53. 54, lin. 17 seqq. Lectionem ὑπόχαλκον hinc et ex codicibus B. D. in poëtae verba recepi, sed aliter interpretatus. Verba τουτέστιν seqq. post mutationes adhibitas, sine quibus sano sensu carent, pertinent ad ἐπίχαλκος pro ἀσπίς dictum, cf. Sch Aristoph. Vesp. 18 ἐπίχαλκον: τὴν ἔξωθεν χαλκῆν, Hesych. ἐπίχαλκος: ἀσπίς: ἔχει γὰρ χαλκῆν τὴν ἐπιβολήν. Itaque quaedam supplevi, ut ἐπίχαλκος commemoretur. Quanquam nunc video, etiam sine hoc supplemento sententiam non absurdam inesse; nam quae est ὑπὸ τῷ χαλκῷ, simul τὸν χαλκὸν ἐφ' ἑαυτῆς ἔχει, quo addito ad notiores appellationem ἐπίχαλκος alluditur.

Vs. 65—70, lin. 18. Pro ἐκ τῶν repono ἀπὸ τῶν, ut in codd. legitur. In sequenti voce Duebneri iudicium sequutus sum ὠτῶν (sic) praeferenti. At quum in poëtae verbis nihil de auribus legatur, jam nescio an ἀπὸ τῶν αὐτῶν se recte habeat, i. e. ἀπὸ τῶν κροταφῶν.

— lin. 25. Interpretatio ἕως ἀκμάζομεν potius ad veram lectionem ἄς pertinet. Item in Gl. p. 384, 26.

#### Idyll. XV.

Vs. 1, lin. 15. Varia lectio ἦνδοῖ non spernenda est, in qua crasem agnosco ex ἦ interrogativo et ἐνδοῖ. Ceterum scholium in libris paullo perturbatius probabiliter constituisse mihi videor; ὡς διὰ χρόνον l. 20., quae in M. recte desunt, ex glossa irrepserunt.

Vs. 4. 5, lin. 2. Interpretatio ἐπιπόνου ad epitheton vocis ψυχᾶς pertinet idque, ut videtur, ad veram lectionem ἀλεμάτω. Verba ἤδη ἐπιπόνως in sch. seq. ex illius scholii corruptela irrepserunt.

Vs. 13. Qui vocis ἀπφῦς absurdam originationem ex ἀπὸ et φῦναι probabat, non poterant simul hypocoristicum agnoscere propter terminationem ὕς.

Vs. 15—17, lin. 2. Ως νίτρον intellige tanquam nītrum; sequens ἄλας insertam videtur, ne qua ambiguitas restaret.

Vs. 18—20, lin. 16. Ἠγόρασεν ε' ποκάρια secundum poëtae verba conjecit Toupius de Syrac. p. 331.

Vs. 21, lin. 6. Parum recte Koehlerus has interpretationes ad περοναρίδια referri voluit, cf. EtM. 85, 50 ἀμπεχόνη: — λέγεται

Vs. 68, lin. 22. Lege ὡς τάχος. οὐ τάχος. Sequentia quid velint, obscurum.

Vs. 4, lin. 23. Διήλθε pertinet ad lectionem ἐσώθη, quam ex L. recepi: ipse M. vulgatam ἐσώθην habere videtur. Codici E. haec glossa a Gailio non recte tribuitur.

δὲ ἀντὶ τοῦ περιβολῆς (leg. περιβολαίου ἢ) ἱματίου. Suid. ἀμπερχό-  
νη: ἄμφιον, ἱμάτιον. Quum vero ille utrumque scholium audacius  
in hunc modum constitui jussisset: τῶμ πέχονον: τὸ πέπλον καὶ  
ἐνδ., ὅπερ πρῶτον ὑπεξώννυτο. καὶ τὰν περονατρίδα: τὸ περι-  
βόλαιον ἱμάτιον, ὅπερ οὐκ ἐξώννυτο, Duebnerus postremum certum  
esse dixit, quippe confirmatum sequente scholio, quo ipse Koeh-  
lerus secundum H. Stephanum in Thes. usus erat. Attamen idem  
Duebnerus postea suspicatur verba ὅπερ πρῶτον (vel πρότερον)  
ὑπεξώννυτο ex ampliore scholio petita esse de περιβολαίου genere  
pridem cingulo, postea fibula fixo. Mihi primum verba τὸ πέπλον  
καὶ ἐνδυμα, vel propter neutrum πέπλον suspecta (pro quibus  
Gen.<sup>b</sup> τὸ πλέον ἐνδ., M. ἐνδυμά τι), in τὸ διπλοῦν ἐνδυμα mutanda  
visa sunt, quibus verbis vs. 34 ἐμπερόναμα (unde περονατρίς haud  
dubie non diversa) in GIM. expr̄catur, cf. ibid. Scholl. Sequentia  
vero lacunosa judicavi. Dictum fuisse videtur τὴν περονητρίδα  
super inferiore veste succincta circumjectam esse. Scholiasta re-  
centior vetustiore scholio corrupto usus esse videtur et inde πέπλον  
transsumpsisse.

Vs. 35. De ἔξοδος pro ἀνάλωμα vid. Thesaur. III p. 1320.

Vs. 39. 40, lin. 8. Vocem ἔππος male additam esse ejus col-  
locatio in codd. prodit; interpretatio ad solum μορμῶ pertinet.

— lin. 11. De Lamia vid. Leutsch. ad Paroemiogr. II, 497  
et quos laudat; quae ab reliquis Libyca dicitur, hoc uno loco re-  
gina Laestrygonum propter simile Lami nomen. Quod cum Mor-  
mone et Gellone (de his vid. Thesaur.) componitur, cf. potissimum  
SchAristid. p. 18 οἶον Λαίμαι καὶ τὰ τοιαῦτα φάσματα· λέγει δὲ τὴν  
Μορμῶ, tum p. 19 ὁ δὲ Φιλόστρατος Μορμῶ καὶ Λαίμαν καὶ Ἐμ-  
πουσαν τὴν αὐτὴν λέγει. Accedit ex SchTheocr. Γελλῶ, quae etiam  
Hesychio εἰδῶλον Ἐμπούσης dicitur. Ceterum post Μορμῶ quae-  
dam excidisse facile apparet. Γελλῶ uno λ titur etiam in altera  
Hesychii glossa; forma Γελλῶ, quae ex Sapphone affertur, Aeoli-  
cae dialecto propria fuisse videtur.

Vs. 46—50, lin. 4. Ἠπάτων . . . παίγνια interpretantur poë-  
tae verba οἶα . . . ἐριολί, quibusdam post παίγνια, ut videtur, per-  
ditis; pro ἡπάτων aliud quid scriptum fuisse codicum lectio ἐπὶ  
πάντα probabile reddit. Sequentia vero παραλογισμοῖς κτλ. aperte  
ad Αἴγυπτισί pertinent, quare lemmate addito aliud scholium inde  
incipere indicavi.

— lin. 8. Valckenarius ad Adon. p. 357. A. hoc sch. ex ali-  
quo codice manuscripto enotatum protulit, vulgatum κεκεντρ. recte  
damnans.

Vs. 64, lin. 9. Duebn. vel καὶ ὡς vel cum M. καὶ πῶς legi  
jussit. Hoc relinquere poteram.

— lin. 11. „Αριστοκλής δὲ Grashofius (in Jahnni Annal. 1829  
p. 143 et Preller ad Polem. p. 59. Videnda quae de hoc loco dis-  
seruit C. Müller. Histor. fragm. Vol. II p. 190 seq.“ Duebn.  
Prellerus potius Αριστείδης proposuit, Aristidem Milesium intel-  
ligens, quem periegesin scripsisse suspicatur. — „Ἰδιώτερον haud

dubie etiam p., ex quo Wart. affert ἡ διατριβῆ. Nimirum compendium vocis *ιδιώτερον* ostendit quasi *ιδιατρίαι*, quod Sanctamandus (potius Salvinius) pro compendio accepit vocis *ι* (ἡ) *διατριβῆ*. Ut vana sint omnia quae conjiciuntur de historica hac scilicet *διατριβῆ*. Geelius quoque, qua est sagacitate, reprehendit Kiesslingium, qui *διατριβῆ* recepit in locum vocis *ιδιώτερον*. Duebn.

— lin. 16. De *Θόραξ* cf. Pausan. 2, 36, 1. De tota narratione docte multa indicavit Hemsterhusius ap. Gaisf.

Vs. 66—68, lin. 15. „*Διαπρίσαι*] Antea legebatur *διαπρήσαι*, quod certatim mutarunt Reinesius, Stephanus in Thesauro, alii. Cf. Oudendorp. ad Thom. M. p. 107.“ Kiessl.

Vs. 74, lin. 3. *Τημελείν* dicitur, non *τημελειῖσθαι*, cf. L. Dindorf. in Thesaur. VII p. 2145, qui in loco Dionysii Hal. aequae *ἐτημελείτο* codicis ope in *ἐπεμελεί* mutari jubet.

Vs. 80. *Ἐριουργοί* certatim etiam Koehlerus, Hemsterhusius, Valckenarius.

Vs. 82. 83, lin. 5. *Ζῶντα*, quae interpretatio ad *ἔμψυχα* pertinet. huc male irrepsit.

Vs 86, lin. 16. Pro vulgato *Διός* Valckenarius ad Adon. p. 378. B. coniecit *Διονύσου* reponendum esse, a quo Adonidem amatum esse Phanoctes tradiderit. Geelius, *Διός* ex Apollod. 3, 14, 4 defendere conatus, in hujus narratione *παρ' ἑαυτῶ* male de Jove intellexit, quum ad ipsum Adonidem referantur. *Δηοῦς* ex M. receperunt Gaisfordius et Duebnerus; at neque de Adonide a Cerere amato aliunde constat, et offensioni est reconditius illud nomen pro *Δήμητρος*. Aurora vero, cujus nomen restitui, arctissimis vinculis cum Adonide juncta est, vid. Engel. Cypr. II p. 645 seqq. Quae quum Aoi i. e. Adonidis mater fuisse tradatur EtM. s. v. *Ἄωος*, in antiquissimis mythis fortasse eum amasium habuisse narrabatur. Sufficit tamen hoc loco matrem amantem agnoscere.

Vs. 87. 88, lin. 17. *Διαφθειροῦσι*, ut Reiskio auctore editur, nimis a librorum lectionibus recedit, quam ut verum haberi possit; *διαλέγονται*, quod praeter M. etiam GIE. et Planudes infra p. 399. 3. habent, haud dubie ab emendatore ex *διαλέγουσιν* factum est, ut Gen.<sup>b</sup> vulg. Haec vero lectio apertius corrupta in *διαλλύουσιν* a nobis correctata est secundum interpretationem *διαφθειροῦσι* lin. 14. 19. 21 et p. 399, 2. Forsitan aliquis praetulerit *διαπνίγουσιν* ex Glr.

Vs. 91. 92, lin. 9. Apparet *ᾧθεν* ad lectionem *ῶ* pertinere, quam ex L. Cant. recepi; in ipso codice M. textus vulgatum *ὡς* habere videtur.

Vs. 95. 96, lin. 1. Ad emendationem *ἱερείας* cf. SchPind. P. 4, 104 et Muret. Var. Lect. II c. 20, qui attulit Porphyrii locum de antr. Nymph. c. 18 *καὶ τὰς Δήμητρος ἱερείας — μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν. αὐτὴν τε τὴν Κόρην μελιτάδῃ*. Hunc potius ex SchTheocr. hausisse existimaverim, quam cum Geelio scholiastam ex illo.

Vs. 97, lin. 17. Hemsterh. *Ἀργείαν* scribi jussit delete *θυγα-*

τέρα (et deest in M.); probabiliter, nisi codices memorabilem lectionem *Χαρίας* tuerentur. Itaque utramque lectionem traditam in *Χαρίας Ἀργείας* coniuuxi, ut illi interpretes *Ἀργείας* pro gentili acceperint. Chariae Argivae filia Charia ex patre Sicyonia esse poterat. Ceterum de Charia poetria non magis constat quam de Argea; fortasse de illa apud Suidam legeremus s. v. *Χάρεια*, nisi hic omnia praeter ipsum nomen perissent. Nominis formam *Χαρία* tuentur masculina *Χαρίας* et *Χάριος*.

V s. 100. 101, lin. 3. De Buta cf. potissimum Cluver. Sicil. II c. 1 p. 239 et Wessel. ad Diodor. IV c. 83.

V s. 112. 113, lin. 15. Duebn. non recte *Ἀδωνείους* probavit; nam festum intelligendum, cf. Hesych. s. v. *Ἀδώνιδος κῆποι*, quod *Ἀδώνια* dici constat. Vox *προαστείους* varie tentata est. Hemsterhusius et V. D. apud Valek. ad Adon. p. 396. B. proposuerunt *ὄστράκους*, qua voce de hortis Adonidis dicentes utuntur Theophr. H. Pl. 6, 7, 3. Plutarch. Mor. p. 560. Hesych. et Suidas; Valckenarius *ἀγγείους*, quod vocabulum de eadem re legitur Zenob. I, 49. Diogen. I, 14; Jacobsius ad Anthol. Vol. XI p. 166 *κεραμείους ἀγγείους*; Bastius Ep. Crit. p. 193 *γαστροίους* secundum Hermae scholium ad Plat. Phaedr. 276. B., ubi Adonidis horti *ἐν γάστραις* et *ἐν γαστροίους* esse dicuntur. Idem tamen conjectura sua sprete traditum *προαστείους* his verbis tueri conatus est: „nihil dicit aliud nisi, dum feriae Adonidis celebrarentur, in nonnullis suburbiis morem fuisse frumentum hordeumque seminandi, nec singulo verbo vatorum mentionem facit, quibus horti isti componerentur.“ Quae quomodo Geelio et Duebnero persuadere potuerint, non intelligo; quis enim crediderit, hortos Adonidis in solis suburbiis, non in urbibus satos fuisse? Itaque recepi *γαστροίους*, quod minus quam reliquae conjecturae ab tradito recedit.

V s. 114—116, lin. 3. Miror quod etiam Duebnerus *ἐπιπάματα*, vocem nihili, non e libris correxerit, qui veram lectionem adeo commemorare neglexit; recte iudicavit L. Dindorfius in Thesaur.

V s. 125—127, lin. 16. *Τὴν δὲ κατὰ ἀναστρεπτέον* proposuit Piccolos. Duplex autem loci interpretatio distinguenda erat; altera *Σαμίαν κατὰ βόσκων* scriptum volebat, altera *καταβόσκων*, quod pro *καταβοσκόμενος* esset.

V s. 132. 133, lin. 8. Koehlerus voluit *ἔρρηπτον ἐν αὐτῇ*, Hemsterhusius apud Valek. ad Adon. p. 410. A. *ἔρρηπτον ἐπ' αὐτῇ* vel *ἐν αὐτῇ*, probantibus Valckenario et Geelio, qui ipse coniecerat *ἔνιπτον*. Tradita lectio verissima est, cf. Engel. de Cypro II p. 552 et p. 540 seqq.

V s. 143, lin. 9. Non recte Gaisfordius et Duebnerus ex M. lin. 12. receperunt *συγκοπὴν*; ex sequente enim scholio intelligitur apocopen pertinere ad *ἐς νέω*, ut etiam in huius scholii lem-

V s. 120. Interpretationes *σὺν ταύτοις* et *πρὸς ταύτοις* pertinent ad lectionem *οἱ δ' ἔτι* a me receptam.

mate et in Junt. Call. extat, quod apocope ex ἐς νέωτα natum putabatur. Quum vero κατὰ ἀποκοπὴν ad ἰλάσθητι aberrassent, in M. a correctore συγκοπὴν scriptum, ut ἰλαθι ex ἰλάσθητι syncope factum diceretur, satis inepte, praesertim appposito Δωρικῶς, quod significat scholiastam ἰλαθι pro ἰληθι dictum voluisse η in α muta- to et hoc postea correpto.

## Idyll. XVI.

Vs. 10 — 12, lin. 3. Traditum ἐγκαλυψάμεναι in poëtae ver- bis non habet quo referatur; ἐγκαμψάμεναι τὴν κεφ. interpretatur verba κάρη ἐν γονάτεσσι βαλοῦσαι.

Vs. 18. Vulgata proverbii forma potius est γόνυ κνήμης ἔγ- ριον, vid. Paroemiogr. I p. 57. II p. 106. Ultima, quae sunt de hypodiasole, non satis intelligo.

Vs. 34 — 45, lin. 6. Geelius conjecit ὤνησεν ὁ πλ. αὐτούς, ut accuratius redderentur Theocritea οὐ σφιν τῶν ἦδος; et favent quae sunt in M. αὐτούς ὁ πλ. ὠφελήσειεν ἄν. Duebnerus ex illis solum ὤνησεν probavit. Attamen tradita lectio per se bona.

— lin. 8. 9. Cf. de his hominibus Thessalis Buttman. Mythol. Vol. II p. 280 seqq. et Meinekii Anall. Alex. p. 66.

Vs. 35. Τῶν ἑλευθέρων obscurius dictum est et vix sanum. In ipso Theopompi loco, quem servavit Athen. VI, 265. B., leguntur: Λακεδαιμόνιοι μὲν γὰρ καὶ Θετταλοὶ φανήσονται κατασκευασάμενοι τὴν δουλείαν ἐκ τῶν Ἑλλήνων τῶν οἰκούντων πρότερον τὴν χώραν ἣν ἐκείνοι νῦν ἔχουσι, unde conjeceris τῶν Ἑλλήνων. Nisi forte ampliore scholio male excerpto Theopompo aliena tributa sunt; tum suspicarer τοὺς δουλεύοντας ἐξ ἑλευθέρων. cf. definitio Penest- arum οἱ μὴ γόνυ δοῦλοι Athen. VI, 264. A. Phot. Suid. Hesych.

Vs. 36 — 39, lin. 9. Formam Κράνωνα pro Κρανών, quam ex libris restitui, adde iis quae Lobeckius congessit Paralipp. p. 141 seqq.

Vs. 49, lin. 7. Καλύκης etiam Toupius ex Hygin. fab. 157. Lennepium ad Ovid. Her. 19,127 laudat Geelius.

Vs. 71. 72, lin. 5. Geelius conjecit τὸν Τύχης λέγει, egregie iudice Duebnero. At verissima lectio τοῦ ἤλιου, quam illi ignora- bant; τῆδε natum est ex utriusque vocis compendiis male intel- lectis.

Vs. 76, lin. 11. „Immo ipsi Tyrii erant pars Phoenicum. Lege οὔτοι γὰρ κτλ.“ Geel. Contra quem Duebnerus monet Poe- nos intelligendos esse. Malim tamen οἱ δὲ Φ. οὔτοι vel λέγονται δὲ Φοίνικες ὡς ἄποικοι Τυρίων.

Vs. 93, lin. 13. Heinsius Lectt. p. 384 haec sic constitui jus- sit: σκιπναῖον δὲ ἰσπερινόν, ἢ παρὰ τὴν σκνίπαν ἢ παρὰ τὸ κνί- φας πεποιήται ἢ παρὰ τὴν κνίπα κνίψ γὰρ κτλ. Hemsterh. vulga- tum σκίπαν in σκίπανα pro σκνίπα mutari jussit. Τὸ σκνίφος, quod G. Dindorfius supplevit, ad lectionem σκνιφαῖος pertineret; nisi forte τὸ σκνίπος legendum, quanquam de τὸ σκνίφος = σκότος

Hesychius testatur, de τὸ σκνῖπος nemo. Attamen in hac tota stirpe π et φ promiscua sunt.

Vs. 94—97, lin. 13. Interpretatio non ad perversam lemma-tis Calliargiani lectionem νεοῖντο pertinet, sed ad veram νεῖοι δ' ἐκπονέοιντο; nam ipsae νεῖοι sunt χῶραι vel ἄρουραι νεαζόμεναι cf. EtM. 602, 37. Hesych. Suid.

### Idyll. XVII.

Vs. 9—11, lin. 8. Cf. SchHom. II. δ. 475 Δίδυμος δὲ πάντα τὰ ὄρη ἴδας λέγει ἀπὸ τοῦ δύνασθαι ἀπ' αὐτῶν πάντα (πλεῖστα D.) καθορᾶν, Eustath. 500, 43 κατὰ Δίδυμον ἴδη — πᾶν ὄρος, ἐξ οὗ τὰ κύκλω ἔστιν ἰδεῖν, EtM. 465, 52 Ἴδη, ὄρος ἔστιν ὑψηλόν· γίνεται ἀπὸ τοῦ ἰδεῖν· ὅθεν ἔστιν ἅπαντα θεωρεῖν τὰ μήκοθεν, Sch. Pind. N. X, 132 Ἴδην πᾶν ὄρος ὑψηλόν. Hellad. Chrest. p. 19 Ἴδην μὲν κοινῶς ἕκαστον ὄρος, ἐξ οὗ ῥάδιόν ἔστιν ἰδεῖν τὰ κάτω, Hesych. ἴδας — πάντα τὰ ὑψηλά. Ceterum vide quomodo recentiores in πάντα offenderint, quo ipse Didymus usus esse videtur.

Vs. 14, lin. 11. Τὸν Πτολεμαῖον τὸν Λάγον scribi jussit Duebnerus, quum Geelius certe τὸν Λαγοῦ desiderasset.

Vs. 16—19, lin. 1. Inepti hominis errores apparent. Ultima potius ad Vs. 23 seqq. pertinent, cf. sch. seq.

Vs. 28—33, lin. 16. „Καθίστασαν Adertus. Rectius, ni fallor, praesenti καθίστησιν vel καθιστάσιν. Mire dictum ὁ εὐδῖος τόπος de loco quietis, cubiculo.“ Duebn.

Vs. 34. 35, lin. 7. Vulgatae lectioni plerique crediderunt, Berenicen Ptolemaei Soteris uxorem eodem quo hic patre Lago usam esse. Palmerius Exercitt. p. 807 duos diversos Lagos statuit; Jacobsius, nisi haec indocti hominis viderentur, propositurus erat τὴν Ἀντιγόνης θυγατέρα secundum schol. vs. 61. Duebnerus ex codicis M. lectione τοῦ Γαμίου θυγατέρα recte collegit, Lagi nomen pro alio quodam male intrusum esse. De nomine Γάμος, quod ex Gen.<sup>b</sup> recepi, vid. Papium.

Vs. 50—52, lin. 15. „Ἐκοινώνησεν pro participem reddidit nove dictum. Fortasse ἐκοινοποίησε legendum ut supra ad vs. 41. 42.“ Geel. „Ejusmodi exemplum in mente habuit Budaeus Thesaur. IV p. 1725.“ Duebn.

Vs. 61. Turbas fecit ἀδελφοῦ, quod huic scholio vulgo male adhaeret, quum constet Cassandrum Antipatri filium, non fratrem fuisse. Hinc Droysenius Hellenism. I p. 418 contra reliquorum traditionem Cassandrum cum Antipatro Iollae filium esse jussit, probante ut videtur Duebnero, qui etiam ἀδελφῆς, ut in M. ab homine errorem sentiente scriptum est, defendi posse existimavit.

Vs. 68. 69, lin. 15. Intellexit Duebnerus verba ἔσπονδακότος seqq. minime ad Antigonae parentes et vs. 61 pertinere, sed ad vs. 68, et bene suspicatus est τὸν ἔσπονδακότα esse Philadelphum. At minus felix in eo fuit, quod τοῦ ἔσπονδακῆναι scriptum fuisse et ante ea verba lacunam indicandam esse coniecit. Neque enim dubium est quin molestum illud ἀδελφοῦ (vid. ad vs. 61) ex muti-



lato *Φιλαδέλφου* haeserit. In proximis Salmasii lectionem etiam Toupius probavit. Quum vero *σπουδάξειν τὴν σύνοδον* vix recte dicatur, praepositione *περί*, quae in corrupta librorum lectione latet, transposita vulgatam verbi constructionem restitui. Praeterea malui *Τριόπω* (cujus solum *ι* in libris transpositum) quam *Τριοπίω*, quia illam rariorem nominis formam etiam in sch. seq. libri bis tuentur contra Salmasium et Geelium *Τριόπιον* postulantes; vid. de illa Boeckh. ad SchPind. P. 2, 27.

— lin. 3. Glossa *περίβλεπτον*, qua *τρίοπον* tanquam adjectivum exponitur, in M. Gen.<sup>b</sup> male in scholium irrepsit.

— lin. 6. De veriore scriptura *Κάμιρος* vid. Poppo Prolegg. Thuc. II p. 472 et Thesaur.

— lin. 8. „*Αριστείδης ἐν τῷ περὶ Κνίδου συγγράμματι* SchPind. P. 3, 14.“ Duebn.

— lin. 10. *Φόρβαντος* etiam Wassius ad Thuc. VIII, 44 et alii, vid. Wesseling. ad Diod. IV, 58. Iasonis librum *περὶ Ῥόδου* Suidas commemorat s. v. *Ἰάσων*, quare Duebnerus bene suspicatur *Κνίδου* ex praecedentibus male pro *Ῥόδου* illatum esse.

Vs. 81—85, lin. 12. Qui 3393 urbes computabat, miro errore *τριάδες* syncope pro *τριακάδες* positum existimabat, cf. GLM., praeterea pejorem lectionem *ἐνδεκάδες* sequutus.

Vs. 98. Siglum nominis (adde post hoc cod.) Adertus in apographo suspicatus est *Κλείταρχος* vel *Κλιάνδρος* legendum esse, in adn. ad scholia edita, ubi ipsum siglum non protulit, *Καλλισθένης* his additis: „sed nihil affirmare ausim. Etenim de Nilo vel in Hellenicis (conf. Jo. Lydum de mens. IV, 68) vel in Pcriplo (SchApoll. I, 1037) scripsisse quaedam verisimile est: nam de *ὑπομνήμασι* minime sollicitor, quum sit ejusdam quem ignorabat schol. libri mentio.“ Malui Callimachus agnoscere, cujus *ὑπομνήματα ἱστορικὰ* nota sunt. Ejus nomen in codicibus saepe *Καλλι* scribitur, cf. Bast. Palaeogr. p. 817, quo sigli figura prope accedit, si siglum extremae parti superscriptum ex *μ* corruptum putatur. In sequentibus Duebnerus paullo audacius scripsit: *φησὶ Νειλέως τινὸς Μιλησίου κτίσαντος τὴν Ναύκρατιν*. Ceterum cf. adn. ad sch. Id. VII, 114.

Vs. 121—124, lin. 5. Duebnerus post *προγόνων* inseri jubet *ῶν* vel *καὶ ῶν*, non recte; nam scholiasta veram lectionem *προτέρων τε καὶ ῶν* perverse interpretatur verbis *τῶν προτέρων καὶ τῶν ἑαυτοῦ*. Quod vero circumscripsi *προγόνων*, ex glossa ad falsam lectionem *τοκέων* irrepsit, cf. infra Triclin. et GLM. Verba *ἔτι θερμὰ κούνη* interpres in parenthesi posita existimavit.

— lin. 6 seqq. Reliqui in hoc scholio librorum lectionem corruptam praeter *Φιλωτέρα*, quod Letronnius egregie restituit Inscr. de l'Egypte I p. 180 secundum Strabonem XVI p. 769, qui eam Philadelphi sororem commemorat. Idem reliqua in hunc modum emendari jussit: *ὅτι πολλοὺς ναοὺς ἰδρῦσατο καὶ ἐποίησεν ὁ Φιλάδελφος. Λύκος δὲ ἐν τῷ περὶ Νέστορος φησὶν οὕτως: „ἠνωδόμησε δὲ καὶ τοῖν γονίοιν ἀμφοτέροιον κτλ.“* Recepit haec Duebnerus (verba

ἐποίησιν ὁ Φιλ., quae Letr. transposuit, posterius adjecta esse monens) praeterquam quod genitivum pluralem τῶν γονέων ἀμφοτέρων retinuit; quippe dativos ταῖς ἀδελφαῖς κτλ. fortasse suspensos esse a verbis sequentibus, quae scholiasta exscribere neglexerit. Nec scio an apud ipsum scriptorem sequuta sint πόλεις ὁμωνύμους ἔκτισεν; Philotera enim secundum alteram sororem appellata ad sinum Arabicum sita erat, ibidem tres Arsinoae et alibi plures. Aliter de his judicaverunt Bergkiius in Zeitschr. f. Alterthumsw. 1846 p. 471 et C. Muellereus Fragmm. Hist. Gr. II p. 374, uterque suo jure de Lyci (Letronnius historicum Rheginum intellexit) libro illo περὶ Νέστορος dubitans. Et Bergkiius quidem proposuit: ὅτι π. ν. ἰδρύσατο, καὶ ὁ Λυτικός ἐν τῷ περὶ Νεστορίδος φησὶν ἐποίησεν ὁ Φιλάδελφος οὗτος\*\*\* ὠκοδόμησε κτλ. Sosibium intelligit τὸν λυτικόν, quem conjicit aeque atque Asclepiadem Myrleanum de Nestoride scripsisse, quanquam hoc ex Athenaei loco XI, 493. C., quo provocat, minime colligi posse ipse sentiens. In eo scripto putat fortasse et alia pocula artificiosa commemorata esse et ἑντὸν illud Arsinoae status a Philadelpho additum Athen. XI, 497. B. Similiter Muellereus agnoscit librum περὶ τῆς τοῦ Νέστορος κύλικος, de reliquis parum probabilia disputans. Ipse dubito an scriptum fuerit καὶ Λυκεὺς δὲ ἐν τῇ πρὸς Νέστορα (sc. ἐπιστολῇ). Nam Lynceus, Duridis frater et cum hoc Theophrasti discipulus, et Aegyptiaca scripsit Athen. IV, 150. B. et in epistola ad Hippolochum Ptolemaei regis epulas enarravit IV, 128. B.; qui quum non minus quam frater Duris etiam sub Philadelpho floruisse videatur, in aliqua epistola ad Nestorem quendam illa narrasse probabiliter existimari potest. Ceterum ejus verba minus corrupta quam ab utraque parte truncata esse videntur.

Vs. 128—130, lin. 5. Verba ἢ εἰς τόπον aperte variam lectionem pro εἰς Κοπτὸν continent, cf. Strab. XVI p. 781 εἰς Κοπτὸν τῆς Θηβαΐδος, quo additamento haec Coptus ab altera distinguitur.

### Idyll. XVIII.

Vs. 51. Geelio Σωσιφάνης, nomen Tragici ex Plejade, recte suspectum fuit. „De Nicostrato et Hermione constat; ceteri a poeta nova captante, nisi potius ex locis poetarum male intellectis, videntur esse ficti.“ Duebn. Bergkiius teste Nauckio Fr. Tragg. p. 638 restitui jussit Νικόστρατος καὶ Αἰθιόλας, quos filios Menelai secundum SchHom. Il. γ, 175 Lacedaemonii agnoscebant.

Vs. 5, l. 18. Nescio unde Casaubonus hanc glossam sumpserit, qui praeter codicem Gen. et Harl. (hic sola Id. I—V tenet) nullis subsidiis manuscriptis usus est. Nisi forte Adertus in Genevensi conferendo illud scholiolum praetervidit.

Vs. 48, l. 32. Potius in r. ἀννεμη ex ἀννεμη corruptum esse videtur, varia lectione in marg. adscripta.

## Idyll. XX (XXII).

Sch. metr. „Σκά' etiam in fine. Nimirum codex omittit versum 122 et versus 175. 176 in unum confundit.“ Duebn.

Vs. 38. 39. Hae glossae egregie confirmant Rubnkenii emendationem *λάλλαι*.

Vs. 62. Glossam *ἐπεὶ οὐχ ὄλον πίωμα* Duebnerus vidit ad genitivum partitivum *ὑδατος* pertinere, eodem minus recte suspicatus referendam esse glossam *ἐνεκα ὑδατος* ad vs. 61 adscriptam; intellige „quod attinet ad aquam.“

Vs. 102, l. 40. Duebn. coniecit *βλάψειν*.

Vs. 117. *Σοι* jam *Wartonus*.

Vs. 131. Post „*ἀποστοροῦν* M.“ adde sigla r. Im.

Vs. 140. *Wart.* glossam ad articulum semel positum refert, vix recte.

## Bion. I.

Vs. 73. Haec gl. firmat conjecturam *ἐμίχθη*.

Vs. 87. Glossator in corrupta codicis sui lectione absurde cogitavit de *διφρές*.

Vs. 97. Interpretationes pertinent ad veram lectionem *κομμῶν*, recte a viris doctis divinatam.

## Incertorum Idyllia.

## Idyll. I. (Mosch. III.)

Vs. 72. Cogitavit de *ὠμίλει*.

## Idyll. II. [Theocr. XX.]

Vs. 11. Gl. pertinet ad veram lectionem *εἰς εἶν*.

Vs. 13. Gl. interpretatur veram lectionem *μυχθίσοισα*.

## Idyll. III. [Theocr. XXI.]

Vs. 39. Emendatio *κατέπαυον* Duebnero debetur.

## Idyll. V. [Theocr. XXIII.]

Vs. 7. *Wartoni* *μελιγμυσα* vix verum est.

Vs. 16. Haec auctore *Salvinio* pro supplemento lacunae sunt, quae in parte librorum est.

Vs. 53. Interpretatio *ἄνοιξε* firmat lectionem *ἀντ' ὠίξε* a *Stephano* restitutam. — „Manifesto respexit *Anacreonticum* *Theocriti* ὡς εἶδε *κρόνον ἦδη*.“ *Wart.*

## Idyll. IX. [Theocr. XXV.]

Vs. 208. „Videantur igitur Byzantini nonnunquam dixisse *ὁ ἀντὸς* pro *αὐτὸς ὁ*, quod supra alicubi vidimus, a *Geelio* correctum.“ *Duebn.*

Vs. 275. Contra *Wordsworthium*, qui glossatorem *ἄλλῃ* legisse existimat p. 410, recte *Meinekiius*: „ipsum hoc *ἐτέρω* ad *ὄλη* supplendum esse indicare voluit, neque alia materia.“

## CORRIGENDA.

### A. in Textu.

- pag. 9, l. 10. 15. 25. del. signum —, ut librorum sigla ad omnia praecedentia referantur.
- pag. 14, l. 9. leg. „Gen.<sup>a. b.</sup>“
- pag. 17, l. 15. 19. del. signa ( ).
- pag. 20.<sup>a</sup> extr. leg. „Gen.<sup>a</sup>“
- pag. 30, l. 3. leg. „Gen.<sup>a</sup>“
- pag. 41, l. 3. Schol. τὸ μεσημβρινόν nunc ad SchRec. referre malim.
- pag. 49, l. 12. del. signum dirimens —.
- pag. 70, l. 28. } haec scholia potius ad SchRec. pertinent.
- pag. 72, l. 1. }  
pag. 100, l. 16. Librorum lectio ὁ Μίνδου retinenda erat; nam ita solent recentiores.
- pag. 120, l. 16. Hoc scholium rectius ad SchVet. traxissem.
- pag. 134, l. 14. add. ἄλλως ante Κνακ.
- pag. 191, l. 11. Scholiolum potius inter SchVet. ponendum erat.
- pag. 208, l. 12. Corruptam vocem φαλόν in φαλιόν corrigere debebam, cf. p. 290, 1.
- pag. 222, l. 24. Post ἀριγένειος add. siglum L.
- pag. 227, l. 1. Schol. potius ad SchRec. pertinet.
- pag. 230, l. 5. leg. μάντιος.
- pag. 252, l. 2. leg. ἐπίταδες.
- pag. 316, l. 20. Schol. potius ad SchRec. pertinet.

### B. in Varia Lectione.

- pag. 1.<sup>b</sup>, l. 5 extr. leg. „περὶ τὴν l. 23. Ald.<sup>a</sup> Iunt.<sup>a</sup> omisso siglo 2.“
- pag. 3.<sup>a</sup>, l. 7 extr. leg. „testatus“.
- pag. 3.<sup>b</sup>, l. 10 extr. leg. „q.“ pro „9.“
- pag. 4.<sup>b</sup>, l. 11. leg. „διαφόροις] 2. 5.“
- pag. 8.<sup>b</sup>, l. 2. leg. „10) δὲ καί.“
- pag. 11.<sup>a</sup>, l. 12 extr. Codex p. teste Salvinio in verba illa desinit.
- pag. 17.<sup>a</sup>, l. 12. leg. „quibus locis“
- l. 16. leg. „ἀντί τὴν om. v. L. Gen.<sup>b</sup>“
- pag. 19.<sup>b</sup>, l. 6 extr. Siglum ) transpone post alterum Gen.<sup>b</sup>.
- pag. 20.<sup>b</sup>, l. 1. leg. „Gen.<sup>a. β.</sup>“
- pag. 22.<sup>a</sup>, l. 18. leg. „ποιῶν vulg.“
- pag. 28.<sup>b</sup>, l. 1. 2. leg. „Gen.<sup>b</sup>“ bis.
- pag. 52.<sup>b</sup>, ad l. 18. leg. „//Gen.<sup>b</sup> post sch. praec.“
- pag. 56.<sup>a</sup>, l. 3. leg. „om. Gen.<sup>a</sup>“ pro „καθίξῃ γρ. καὶ Gen.<sup>a</sup>“
- pag. 93.<sup>a</sup>, l. 4 extr. add. „//Gen.<sup>b</sup>“ ante ταῖς.
- pag. 97.<sup>b</sup>, l. 9. leg. „κινάδος Gen.<sup>b</sup>“
- pag. 104.<sup>a</sup>, l. 8. leg. „εἶμεις 4.“ pro „εἶμεις 23.“
- pag. 133.<sup>b</sup>, l. 4 seqq. Numeros praefixos muta in „24) —25) —27) —27) —2s)“.

- pag. 149.<sup>b</sup>, ad l. 20. Schol. in Gen.<sup>a</sup> antecedenti adhaeret.
- pag. 191.<sup>b</sup>, ad l. 12. Hoc sch. teste Bandinio etiam in Laur. I. XXXVI, 25. extat, ubi item *παροιμία* et desunt circumscripta.
- pag. 225.<sup>b</sup>, ad l. 20. In Gen.<sup>a</sup> est lemma: *καὶ αὐτόθι τοὶ διαθροῦ-  
πτεται καὶ αὐτόθι.*
- pag. 247.<sup>b</sup>, ad l. 24. leg. „\*Lips“
- pag. 252.<sup>a</sup>, l. 6. add. post Y. „ex quibus afferuntur ὅτι — *ἰργασμένων.*“
- l. 7. Verba „(omnes hoc loco)“ transpone post Gen.<sup>a</sup>
- pag. 282.<sup>b</sup>, ad l. 17. H. sch. usque ad *ἔχονσι* etiam in Gen.<sup>a</sup> extat: ibi (non in Gen.<sup>b</sup>) legitur *ἀνταί.*
- pag. 341.<sup>b</sup>, ad l. 17. Verba *τιθέντες* seqq. etiam Phav. s. v. *πλαταγω-  
ριον* post Suidae verba; ibi *ἀπὸ τῶν ἐρωμένων et ἐπικρουσθεῖς.*
- pag. 256.<sup>a</sup>, ad l. 5. H. sch. in Gen.<sup>b</sup> potius post *τροφή* l. 2. legitur, quam ante sch. *ὀρθάλιχοι.*
- pag. 374.<sup>a</sup>, l. 2. leg. „*Θεσσαλίας, Ἀπὶς* Gen.<sup>b</sup>“
- pag. 424.<sup>a</sup>, l. 2. add. ante obscuriore „cod.“

Alia quaedam errata in Adn. Crit. correximus; levissima, quae lector facile ipse corriget, omisimus, quo pertinent potissimum accentuum et spirituum signa post correctas plagulas culpa operarum saepe omissa.

W



M

THE UNIV



THE UNIVERSITY OF MICHIGAN

DATE DUE

M




M



M





3 9015 00578 5657

M



M



M



M



M



M



M



M



